



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Opusculi I. Quod est Corona Sacerdotum & Cidaris Prælatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

OPVSCVLVM I.

CORONA SACERDOTVM, ET CIDARIS
PRÆLATORVM.

VARIÆ CONTINET OPVSCVLVM ISTVD LECTIONES, QVÆ VSVI ERVNT DIVINI Verbi Præconibus, quando differendum est vel in Primitiis Sacerdotum, vel in Congregatione Pastorum, vel pro exhortatione Canonicorum & Ecclesiasticorum. Denique proderunt species nonnullæ hæc Lectiones, quando agendum erit de canonica electione Prælatorum, quia monita continent eorum munus rememorantia. Addidimus & Lectionem pro his qui transacto anno quinquagesimo Iubilæum solemniter celebrant, sive in Sacerdotio, sive in Religionis statu, sive in Matrimonio,

LECTIO I. TRIPART.

Thema, *Labora sicut bonus miles Christi, certa certamen fidei, apprehende vitam æternam* 1. Tim. 6.

De Officio
Pastorum
& ministrorum
Ecclesie.

Amos 4.

Ierem. 3.

Psalm. 147.

Cant. 6.

Gen. 32.

Requenter sacris in litteris, & maxime apud Prophetas, Deus noster hoc titulo glorietur: DOMINUS DEUS EXERCITUM. Hinc illud, *Ecce formans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradens super excelsa terra: Dominus Deus exercituum nomen eius.* Quis est iste formans montes, nisi is qui formavit sibi sublimes Apostolos, Prophetas, Doctores, Pastores, Sacerdotes? Quis creans ventum, nisi qui immitit spiritum multiplicem in suos ministros, dona scilicet Spiritus sancti, ut per illos impellat ad bonum omne corde Filiorum hominum, de quo vento scriptum est: *Spiritus ubi vult spirat, & nescis unde veniat, aut quò vadat.* Quis annunciat homini eloquium suum, nisi is qui committit ministris suis eloquia casta, ut plebi illa annuncient; de quo scriptum rursus est: *Qui emittit eloquium suum terra, velociter currit sermo eius?* Hic est igitur Deus noster, qui graditur super excelsa terra, & nebulam spargit: & Dominus Deus exercituum est nomen eius. Neque tantum dicitur Deus exercituum ob Angelorum innumeram multitudinem, qui cælestem conficiunt militiam, in quibus suam ostendit potentiam per eos inimicos conterens: sed etiam ob exercitus & militiam quam habet in terris, ob quam Ecclesia dicitur, *Terribilis ut Castrorum acies ordinata.* Sacerdotes autem & Ministri eius, sunt huius militiæ Duces, Tribuni, Centuriones, Pentacontarchi, Decuriones. Quare cum eos inuitor dicere possum cum Iacob: *Castra Dei sunt hæc.* Cum ergo sacramento militari sese obstrinxerint, de eorum militia differere hic institui: *Et gliscit animus promere canibus Victorum genus*

optimum. Occasionem suggerit Apostolus scribens ad Timotheum: *Labora sicut bonus miles Christi.* Porissimum autem hac de re tractabo sub titulo inclyti & mystici belli Gedeonis, qui cum trecentis electis militibus, una manu lampadem, altera rubam gestantibus, hostilia castra sub vertit: bellum enim istud præsignabat illud quod in Ecclesia gerendum erat. Itaque declarabo.

1. Tim. 6.

Iudic. 7.

Omnes Christiani in sacro baptisate militiam profitentur sub Duce Christo, & crucis Vexillo, quasi Imperiali eius Labaro: sub illo vivere & mori sanguinemque fundere parati esse debent, ut Ducem sequantur proprio cruore laureatum. Hanc professionem repetunt in Confirmatione, ubi à Duce exercitus Dei inuictorantur & consignantur in frontibus, impresso eis signo Regis sui, quo monentur haud debere eum erubescere Crucifixum, sed toto pectore imitari. Singulis ergo Christianis potest dici: *Labora sicut bonus miles Christi, certa certamen fidei, apprehende vitam æternam,* tamquam Coronam certamini huius & victoriæ promissam.

PARS I.
Quomodo
Sacerdotes
& Pastores sine
electis militibus.

Verumtamen Apostolus his verbis videtur specialiter alloqui, in persona Timothei, Pastores, Sacerdotes, Dei que ministros, qui adscripti & electi sunt in militiam sublimiorem, de qua ibidem dicit: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Non ergo tam loquitur de gregariis militibus, hoc est Christianis, quibus ex officio convenit tractare secularia, quam de iis qui horum sunt Præfecti & Duces. Hos singulariter decet sub Aquillis & Vexillo Regis Crucifixi decertare & alios fortitudinis exemplo, & accenso prædicationis verbo animare. Quod facit Apostolus, Dux primariæ cohortis, in clamans Timotheo: *Labora sicut bonus miles Christi,* hoc est. Non sicut è sæce plebis Tyro, sed sicut egregius ac generosus eminensque miles, ad arduos labores & agones te accinge.

Quisquis autem scire avert, quis delectus habendus sit horum militum, quæ conditiones in eis exigantur.

xx 3 ganur.

gantur, qua panoplia adornati procedere debeant, quibus armis decertare, attendat milites & bellum Gedeonis: huic enim simile esse diximus bellum quod gerere debent Christi Ministri contra aemum tartaream, contra hostes spirituales. Videamus singula.

Exemplo Gedeonis milites probandi sunt. Iud. 7.

Primo dum Gedeon Dux exercitus Dei classico insonante numerosum militem colligit, confluxere triginta duo millia; at non omnes eiusdem animi, nec omnes a Deo electi. Et quia Deus non gloriatur in multitudine, sed in virorum fortitudine; ideo vult delectum fieri, jubetque lustrari exercitum, & per circuitum castrorum inclamari: *Qui formidolosus est & timidus, revertatur.* Et reverti sunt de populo viginti millia virorum, & tantum decem millia remanserunt; aliorum animos, vel ignavia, castrorum hostilium pavor confiterant. Sic non omnes reperti sunt idonei, sed erat numerus super numerum.

Non omnes ad Pastoriale & Sacerdotale munus apti. Ps. 39.

Similiter ad militiam hanc sacram ad Sacerdotale & Pastoriale ministerium multi confluunt, sed an omnes idonei? An omnes vocati? Certè non omnes electi. Nam & de his dicere potest Princeps militiæ huius: *Annunciavi, & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum.* In clerum usque non pauci irrepunt, in delectu postmodum reprobandi. Sed quoniam repudiandi censentur? Qui sunt formidolosi, torpidi & ignavi, qui nullum divinarum rerum zelum habent sed in terra repunt animo dejecti. Procul ergo illi a castris istis. Qui inscribuntur huic sublimi militiæ, in qua Duces esse aliorum debent, ut forti pectore animoque constanti sint, necesse est; sicque pro gloria Dei & animarum salute gnauiter poterunt decertare. Debent aspera pati ad ardua assurgere, ad perfectionis verticem contendere, Coronam & Lauream fixo mentis intuitu spectare, & expectare. Hæc debet esse vox eorum: *Quæ retrò sunt obliuiscens, ad anteriora extendo meipsum, ad destinatum persequor, ad brachium superne vocationis.* Itaque quicumque vocati estis ad hunc militiæ gradum, satagite ut per bona operam vestram vocationem & electionem faciatis.

Phil. 3.

Morum nempe militum vocatio poscit vigilias & excubias, quia speculatores constituti sunt, quibus inclamatur: *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* Nam & illis per Prophetam dicit Dominus: *Fili hominis speculatorem, dedi te, si non annunciaueris, sanguinem peruenitium requiram de manu tua.* Si indormiteris, in caput tuum dampnum acceris, noli ergo segnis esse oscitans, vel somniculosus, instar confictus continui, contra carnem, mundum, satanam; contra hostes Christi & metacores Antichristi in prociectu continuo oportet esse; ideoque non accedant ignavi aut timidi, qui cuiuscumque accedenti illud inculcatur: *Labora ut bonus miles Christi.* Quasi diceretur: Attende qualitatem tuam & officium. Miles es. Nec id sufficit, Miles bonus esse debes, hoc

Pastores debent esse vigilantes. Isa. 21. Ezech. 33.

est, pugil strenuus & eximius. Vterius videamus Ducis miles sis, Vique Iesu CHRISTI. Quid ille, & quis ille? Is qui usque ad sanguinem decertavit. Illum igitur inuere, qui te certantem inuertur, & vires tibi suggerit, si volueris inuerti. Inuere quoque commilitones tuos qui sub eodem Duce decertarunt feliciter? eiusdem illi tecum fortis fuere, Sacerdotes, Pastores, Levitæ & Diaconi, ac pro fide, pro Lege ac grege Dei fortiter se gesserunt in persecutionibus, angustiis, tribulationibus. Certè primis sæculis furor persecutionis impetebat Sacerdotes, Multique ad Sacerdotium adspiciabant, non tamquam ad dignitatis locum, sed tamquam ad Martyrii gradum, paratid bibendum calicem Domini non solum in sacrificio inueniunt, sed etiam in Martyrio creuunt; ut sic essent non solum focii mentis, sed & angustiarum iugiter sequentes eum qui eos inuitat non solum ad fractionem panis, sed etiam ad bibendum calicem passionis.

Hæc est igitur prima lex militiæ nobis propalata. *Fortia agere oportet & dura pati;* & sancti perfectio militum qui hic ascribuntur non tam consistit in multa faciendo, quam multa patiendo. Ideo dicit Apostolus, *Labora sicut miles;* hoc est, perfer dura, laboribusque & corpus obdura. Non est militis otium, delicisque assuescere, sed super nuda humo excubare, ætium ustularem, frigora, & caumata pati, aqua & pane vix ad satisfactionem vesci, infomnes ducere noctes, vallum circumducere eum sudore, aique asperissima tolerare. Si ergo dicimur Milites Christi, labore quam liber acerbi sub eo non sunt renuendi. Non decet sub capite spinoso membra esse mollia & delicata: nec sub Rege Crucifixi Milites eius & Officiarios otio & mollitie diluere. *Arca Domini habitat sub papilionibus, & Dominus meus Iacob jacet super faciem terra, & ego ibo in domum meam, ut genio indulgeam; Absit, ita loquebatur generosus miles Vrius. Quod ipsum & hic nos dicere conuenit.*

Sed quam pauci sunt ad labores strenui? Quam remissi sumus & torpentes, quam ignavi & oscitantes in functionibus sacris? Si aures penitentibus danda, mox fastidium obrepit & tædium. Si visitandi agri & pauperes, nauseamus. Si longiora officia obcunda, capitis vertiginem obtendimus. Si conciones & catechismi frequentius agenda, laborem detrectamus. Si egentes & afflicti accedunt, caput nobis obtundunt. Statim matutino officio & sacrificio peractis, vagamur, otiamur, societatem & solatium sæculi querimus, aut etiam per commensationes & comperationes ventri & genio indulgemus. Hinc non mirum si aliqui occasionem habeant illud pronuntiandi: *Quid est Sacerdotium? Otium.* O quam delicati milites sumus & molles! Et quoniam est vocatio nostra, nisi continuis subire labores ad nostram & aliorum salutem, & ad Dei gloriam promovendam? Quid

Quid aliud debet esse vita Sacerdotis & Pastoris, nisi oratio & lectio, studiumque rerum sacrarum, Sacramentorum dispensatio, ac verbi Dei administratio, multiformeque ministerium in Ecclesia Dei? Quid aliud monet Apostolus: Tu vero vigila, in omnibus labora, ministerium tuum imple. Et rursus attende lectioni, exhortationi, & doctrinae soliditate curate ipsum exhibere probabilem Deo, operarium inconfutibilem, &c. Hæc ferè repetit, tum Timotheo, tum Tito discipulis suis, ut tamquam milites electi laborent, non in terrenis, sed in cælestibus studiis.

PARS I.
quomodo
Sacerdotes
& Pastores
ad aquas
probari debeant.
Iud. 7.

Secundò, in bello Gedeonis probari voluit milites suos Deus, ducendo eos ad aquas. Unde dixit Gedeoni: qui linguam lambuerint aquas, ut solent canes, separabo eos; qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuitque numerus eorum qui manu ad os projiciente lambuerant aquas trecenti viri; Omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon. In recentis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos, & tradam in manu tua Madian; omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum.

2. Conditio
militum
Gedeonis
applicata Sa
cerdotio.

Hic insinuat secunda conditio à Domino Deo exercituum requisita in his qui sacræ militiæ per sacerdotium adscribuntur. Quæ illa? Ut scilicet si sicut libundi, non nimium de aquis præterfluentibus sæculi huius bibant, nec immoderate affectui illis inhæreant. Quid sunt omnia bona huius sæculi? Nonne pertransiunt instar labantis aquæ? Qui labenti inhæret, cerè labitur & ipse. Propterea dicebat S. Bernardus serm. 1. de Adventu: Infelices filii adam omisit veris & salutaribus studiis, caduca, & transitoria querunt. Quibus assimilabimus homines generationis huius, aut quibus comparabimus illos, quos videmus à terrenis & corporalibus consolationibus avelli non posse? Cerè similes sunt his qui submersi periclitantur in aquis. Nimirum videas eos tenentes tenere, nec ullâ ratione deserere quod primum occurrerit manibus, licet prodesse non possit, ut sunt radices herbarum & similia. Etsi qui ad eos veniant ut sub veniant, nonnumquam solent apprehensos involvere secum, adeo ut jam nec sibi, nec illis auxilium ferre prævaleant. Sic pereunt in hoc mari magno & spatiofo miseri, dum peritura scissantes omittunt solidas, quibus apprehensis emergere possent, & salvare animas suas. Hæc Bernardus.

Es. 109.

Audi & S. Augustinum explicantem illud, de torrente in via bibet, ad nostrum enim interpretatur scopum, sic dicens: Torrentis est profluvio humane mortalitatis. Sicut enim torrens pluvialibus aquis colligitur, redandat, perstrepat, currit, & currendo decurrit, id est cursus sumit, sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascitur homines, vivunt, moriuntur, & alitis morientibus, alii nascuntur, quid hic tenetur. Quid non decurrit? Quid non

quasi de pluvia collectum, in mare, in abyssum? Ergo homines decurrunt, & humana cuncta quasi aque dilabuntur super terram. Hæc Sanctus Augustinus.

Concedit ergò Deus ut in transitu rebus transeuntibus uramur; hoc ipsum est paululum aquæ ad sitim extinguendam, ad necessitatem sedandam, quasi manu cavâ ad os admovere. Non vult verò ut incurvemus nos, quasi aquis & terræ adhærescentes, ut ad libitum bibamus, concupiscentiam & cupiditatem sitibundam explicamus, rebusque labentibus cor & affectum immergamus. Hos reprobat qui nimio affectu terrenis inhiant, sæculo adhærent, æterna non suspiciunt, carni & voluntati propriæ ac voluptati indulgent. Et hoc quidem de omnibus Christianis verum est, sed & maxime de Sacerdotibus ac Deiministris, quos vult à terrenis affectum abstrahere, pericula despicere, in sæcula sæculum calcare. Vult, inquam, ipsos cælestia & æterna cogitare, illis corde adhæretere, ad illa suscipienda ceteros Christianos animasque sibi subditas verbo & exemplo manuducere & animare, ut juxta monitum Apostoli, quandoquidem præterit figura huius mundi, qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur, live ut alia lectio habet, tamquam non abstantur, id est tamquam non utentes usu firmo & tenaci, quod est aburi. Vendum enim est re aliter qualis est, mundo fluxu fluxu & obiter, bonis transeuntibus transeunter, quasi non utendo. Hoc est bibere aquam in transitu ob necessitatem, sicut canes Egypti dicuntur bibere & lambere aquam Nili currendo, ne à serpentibus in littore frequentibus lædantur, si ibi hæserint. Similiter si quis nimis hæret circa aquas huius sæculi facile veneno serpentino cecatur; acque etiam aburitur illis aquis, quia rei fluxu quasi stabili & solidæ adhærescere agnoscitur.

Quapropter monet S. Anselmus conformiter Apostolo: Nolite constanter mundum diligere, quando ipse quem diligitis non potest constare. In cassum cor quasi manenter figitis, dum fugit ipse quem amatis. Sic & Sanctus Bernardus. Noli amare presentia, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant.

Quod si ad omnes hæc monita dirigi possunt, quanto specialius eos concernunt, quos Deus specialiter elegit rerum cælestium & æternarum ministros, ut mundum & mundana contemnat? Hi scilicet sunt milites illi de quibus Apostolus: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut placeat ei cui se probavit. Quasi diceret: Sicut miles non se implicat negotiationi, officio, agriculturæ, immo non multum sollicitus est, de victu, quia ei de pane munitionis providetur, & stipendium Rex persolvit: sed solum incendit bello, castris, armis, vigiliis ut placeat ei qui se probavit, live à quo adscri-

Nimio affectu terrenis adhærens, specialiter prohibetur.

1. Cor. 7.

Anselm. in Ep. 1. ad Cor. c. 7.

2. Tim. 2.

adscri-

adscriptus est in militiam, & in delectu militum approbatus, ita Sacerdotes & Ecclesiastici non debent se implicare negotiis secularibus: sed sacrificiis, orationi, lectioni, ministerio templi, verbo Dei. Noluim enim Dominus Levitas partem habere inter fratres in divisione terræ, ne occuparentur nimium ad colendum agros, seminandum, colligendum: sed voluit esse pars eorum, & ut animis non distraherentur, providit eis decimas, primitias, victimas.

Audi S. Bernardum, *Si instar mei, qui ovium sum, Pastor meus & ipse incurvus graditur, vultum gerens deorsum, & terram semper afficiens, & soli ventrimente ieiunio pabula queritans, in quo discernitur; & si venerit lupus, non erit qui prævideat, qui occurrat, qui eripiat, Decetne Pastorem more pecorum sensibus incubare corporeis, hævere in finibus, inhiare terrenis, & non potius erectum stare ut hominem, celum mente suspicere, quæ sursum, sunt querere & sapere, non quæ super terram?* Hæc Bernardus.

Interim, quàm pauci sunt Sacerdotes ad celestia erecti & attentæ? Quam multi, eheu, negotiis secularibus immergi? Nonnullis plus curæ est de pecoribus suis, quàm de Domini ovibus: Plus curæ de alimento facti pro illis, quàm de pabulo verbi pro his. Plus sollicitudinis habent de stabulo & aratro, quàm de Libris & breviario; plus de Arcâ, quàm de Ara; plus de seligine & migmate quàm de frumento electorum adipe; plus de torculari vertiginoso, quàm de Vino Virgines germinante.

Olim ut à negotiis secularibus abstinere Sacerdotes, nequidem licebat Tutorem aut Curatorem pupillis designare ex Sacerdotibus, sive & gremio Ecclesiæ; idque sub pena excommunicationis, teste S. Cypriano ep. 66. Vbi agit de quodam Geminio, ob id excommunicato, quod ad talem curam vel tutelam per suum testamentum nominasset Faustinum Presbyterum pro filiis suis. Nam hæc, inquit, nuncratio & forma in clero tenetur ut qui ordinatione promoventur, in nullo ab administratione divitiarum avocentur, nec molestiis & negotiis secularibus alligentur; sed in honore sportulanti-um Fratrum, tamquam decimas ex fructibus percipientes, ab altari & sacrificiis non recedant; sed nocte & die celestibus rebus ac spiritualibus exercitiis ferviant. Quod Episcopi Antecessores nostri religiose considerantes, censuerunt ne quis decedens ad tutelam vel curam clericum nominaret. Si quis hoc fecisset, nec offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei moretur nominari, quia ab altari Sacerdotes & ministros voluit avocare. Hæc S. Cyprianus.

Conformiter his Clemens Pontifex cap. Te quidam, sic saepe dicit. Sacerdotem oportet irreprehensibiliter vivere, & summo studio nitri, ut omnes vitæ occupationes abiciat; ne fidei in se existat, ne in se litium fiat, ne vè in ulla occupatione propriæ occupationis officii occasione perplexus.

Neque enim cognitorem secularium negotiorum esse oportet, ne provocatus presentibus hominum curis non possit Dei verbo vocare. Nemo ergo cum occupet ab his studiis per quæ salus hominibus datur. Hæc Clemens Pontifex.

Propter hæc omnia concludendo dicimus, veros Christi Milites & Ministros instar Militum Gedeonis, probari apud aquas huius sæculi præterfuentes. Si enim incubent fluxis sæculi bonis, si illis se ingurgitent aut immergant, reprobandur; nec veri Milites Christi agnoscuntur. Si moderatè eis in transitu ob necessitatem uti noverint, eliguntur, victoriaque contra hostes promittitur.

Tertio in bello Gedeonis decernit Deus ut qui libet miles in manu gestet lampadem ardentem in lagenâ. Hic quoque insinuatur & altera condicio electorum militum, sive Sacerdotum & Pastorum. Quid enim à nobis requirit Dominus, nisi ut semper accincti & parati ad bellum, lucernam teneamus accensam in vase fictili? Hæc est gratia lampade fictilis qua vult nos effulgere, & ignis charitatis quo vult animas nostras accendi & illuminari. Operatur enim diligenter asservari hunc ignem & hanc lucem animi in corpore nostro fragili, quasi in vase fictili. *Habemus thesaurum*, inquit Apollolus, *in vasis fictilibus*. Hic thesaurus, amor est divinus, qui & ignis & lux est. In lagenula fragili creum volumus illum circumferimus, & ideo ad vigilandum ne extinguatur, aut effundatur. Transparet quoque hæc lux & flamma, per opera virtutum diaphanum & pellucidum, per opera bona & meritoria. Quocirca monet Dominus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in celis est.*

Itaque Milites sumus, non jam hastas vibrantes aut gladios, non machæras tractantes, sed arma lucis in manibus gestantes, cum galeâ salutis in capite, cum lorica iustitiæ in pectore, cum baltheo castitatis circa lumbos, cum ocreis & calceis militaribus in pedibus, quibus calceati esse debemus in preparationem Evangelii pacis. His armis, hæc lucia panopliâ exornamur, quia electi sumus ad pugnam contra Principes tenebrarum, & contra regionem umbræ mortis. Arma ergo nostra non carnalia sunt, inquit Apollolus, *sed potentia Deo, ad destructionem munitioum*, ad delendum omnem altitudinem extolentem se contra scientiam Dei, & sic ambulantes in carne, non secundum carnem militamus, inquit ipse.

Ergo agite milites Christi, induimini armalucis, ut contra tenebras depugnetis: abijcere oportet tenebrarum, nihil vobis cum illis sit commune, immò implicibili odio illis resistite. Non igitur in cubilibus & impudicitis, non in commessationibus & ebrietatibus, non in coactione & amulatione, hæc enim sunt opera tenebrarum, sed in castitate & sobrietate, in castitate & amore vos illi qui

Epist. 66.

qui elegit studere probatos exhibere, ut tandem accendat lumbis: cum lucerna attende in manibus, dignos faciat in partem fortis sanctorum in lumine.

4. *Conditio.* Vltcrius advertendum, quod Gedeonis milites à Deo probati & electi, iusti sunt lagenas suas confringere, ut longè lateque elucescente lumine nocturnis in tenebris, hostem possent & terrere & fugare. Sic optat Dominus ut operibus mortificationis caro nostra concutatur, conteratur, confringatur; ita enim poterimus contra Satanam, Carnem, Mundum & Rectores tenebrarum harum victoriam reportare. Tunc enim magis promittat lux gratiæ, & fructus lucis, qui, teste Apostolo, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Sic in seipso nos docet idem Apostolus, dum dicit: Sic pugna, non quasi aërem verberans, sic curro, non quasi in certum; sed castigo corpus meum & in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædica vero ipse reprobus inveniar. Eja igitur Milites Christi, mortificate membra vestra super terram, conterite fistulas lagunculas vestras, & prosternite in pulvere. Debitores enim estis non carni, ut secundum carnem vivatis. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritus facta carnis mortificaveritis, vivetis. Sic probantes quid sit beneplacitum Deo, ut Filii lucis ambulate: & nolite communicare in fructibus operibus tenebrarum: magis autem redarguite. Quæ enim sunt ab ipsis in occulto, turpe est & dicere. Omnia autem quæ aguntur, à lumine manifestantur, ut rursum monet Apostolus, Ephes. 5.

1. *Cor. 9.* Quasi in certum; sed castigo corpus meum & in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædica vero ipse reprobus inveniar.

Rom. 8. Debitores enim estis non carni, ut secundum carnem vivatis. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritus facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Ephes. 5. Sic probantes quid sit beneplacitum Deo, ut Filii lucis ambulate: & nolite communicare in fructibus operibus tenebrarum: magis autem redarguite.

Ezech. 8. An non multi Sacerdotes tenebris jacent immeriti, obsecuri, & fuliginosi? Hi certe deplorandi. An non multi Pastores sunt, qui tantum abest, ut arma lucis gestent, quin potius tenebrarum operibus circumvoluti jacent in caligine & cæcitate? Væ tenebris, væ caliginis, væ ignorantia eorum & cæcitati. O si mihi daretur fodere parietem cum Propheta Ezechiele, videre esset in multorum conscientis tenebrosis depicta idola quibus thurificabant, liceret videre eos vertentes dorsum ad altare qui altari se deferre profitebantur. Eheu, & hic verum est: que ab ipsis occulte fiunt, turpe est & dicere. In illo die in quo Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, consilia cordium, qualia videbimus opera noctis, & tenebrarum flagitia. Sed dicam cum Apostolo: confidimus autem dilectissimi meliora de vobis, licet ita loquimur. Et si fuisset aliquando tenebra, sed abluti estis, sed sanctificati estis: nunc ergo lux estis in Domino, pergitur, & ut Filii lucis ambulate.

4. *Conditio.* Postremò militibus Gedeonis tuba in manu data est, ut unusquisque hæc tuba insonaret, & mox inelamaret DOMINO ET GEDEONI. Armate ergo fuerunt eorum manus tuba & lampade ardente.

Quid sit Tuba resonans. Quid est Lampas ardens cum resonante tuba, nisi bonæ operationis lux cum prædicationis gratia? Vtrumque ergo jungantur necesse est Sacerdotes & Pastores.

Pastores, si suæ voluntatis facere electioni & obligationi. Sic in eis doctrina sonora, nec defuit vira lucida. Alterum si absit, parum proficit Pastor, imò deficit. Doctrina sine vira facit arrogantem: vira sine doctrina reddit inutilem. Exhibeant Ministri Dei lucem boni operis, contra tenebras prævencientis; admoveant tubam verbi Dei, ut arguant tenebras erroris. Ad illos certe dirigitur illud: *Clamane cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo scelera eorum.* Vtrumque iunxit Christus supremus Dux militiæ huius, ut exemplo eis præter: *Cepit Iesus facere & docere.* Ipsi quoque Apostolus & Præcipuus Paulus excitat eos ad id ipsum, dum scribit ad Timotheum, erudiens omnes in ipso Pastores: *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, per adventum & regnum eius, in ista opportunitate, importune, argue obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.* Quare hoc obicitur per adventum & regnum eius? Rationem reddit S. Gregorius in præmio sui Pastoralis: *Præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribilis sequitur, ipse clamando graduat. Sacerdos ergo si prædicationis est nesci, quam clamoris vocem daturus est præco murus? Ideo etiam apud Ezechielem Prophetam Speculatores dicuntur Sacerdotes & Pastores, quibus Tuba necessaria est ut hostium adventum illius solo nuntiet populus. Quare ibi dicitur: *Speculatores dedit, si non annuntiaveris, si tuba non insonaveris, sanguinem animarum de manu tua requiram.* Vide Ezechielem, à primo versu usque ad decimum sextum, ubi de buccina Speculatorum agitur.*

Clamane cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo scelera eorum. Vtrumque iunxit Christus supremus Dux militiæ huius, ut exemplo eis præter: *Cepit Iesus facere & docere.* Ipsi quoque Apostolus & Præcipuus Paulus excitat eos ad id ipsum, dum scribit ad Timotheum, erudiens omnes in ipso Pastores: *Testificor coram Deo, & Christo Iesu, per adventum & regnum eius, in ista opportunitate, importune, argue obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina.*

Quare hoc obicitur per adventum & regnum eius? Rationem reddit S. Gregorius in præmio sui Pastoralis: *Præconis officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, ut ante adventum iudicis, qui terribilis sequitur, ipse clamando graduat.*

Sacerdos ergo si prædicationis est nesci, quam clamoris vocem daturus est præco murus? Ideo etiam apud Ezechielem Prophetam Speculatores dicuntur Sacerdotes & Pastores, quibus Tuba necessaria est ut hostium adventum illius solo nuntiet populus.

Quare ibi dicitur: *Speculatores dedit, si non annuntiaveris, si tuba non insonaveris, sanguinem animarum de manu tua requiram.* Vide Ezechielem, à primo versu usque ad decimum sextum, ubi de buccina Speculatorum agitur.

Atque olim etiam fuisse munus Sacerdotum in castris tubis perfonare, patet ex eo: *Filii Aaron Sacerdotes clangent tubis, erit que hoc legitimum sempernum in generationibus vestris.* Certe & in obfidiione Iericho ac eius demolitione Sacerdotes tubis clangebant, & ad eorum vocem muri funditus corruerunt. Nimirum munus est Sacerdotum non solum populum monere, iustas Speculatores, ut ab hostibus spiritualibus sibi cavcant, & à gladio imminente, sed etiam adversarias potestates & munitiones efficacia doctrinæ & vocis suæ diruere. Ipsorum est continuò velut buccinam inflare, & plebi suæ Dei minas ac promissa insonare, ut vel metu suppliciorum, vel spe præmiorum, corda hominum valeant permovere, & ad regni cælestis capeffendam militiam quemlibet animare, ut fortiter decerando coronam consequantur militiæ huic propostam. Sicut ergo in bello Gedeonis tubis perfonantibus hostes territi terga verterunt, & in obfidiione Iericho sacerdotibus tubis clangentibus muri disjecti sunt: ita dum Pastores munere prædicationis cum zelo funguntur, potestas Satanæ, quasi murus animas cingens & obfidiatas reddens, sæpe concidere visa est. Nam crebrò contingit ut iam subdantur Christo, quæ prius subingabantur Diabolo; illaque corda sanam doctrinam recipiunt.

Atque olim etiam fuisse munus Sacerdotum in castris tubis perfonare, patet ex eo: *Filii Aaron Sacerdotes clangent tubis, erit que hoc legitimum sempernum in generationibus vestris.* Certe & in obfidiione Iericho ac eius demolitione Sacerdotes tubis clangebant, & ad eorum vocem muri funditus corruerunt.

Nimirum munus est Sacerdotum non solum populum monere, iustas Speculatores, ut ab hostibus spiritualibus sibi cavcant, & à gladio imminente, sed etiam adversarias potestates & munitiones efficacia doctrinæ & vocis suæ diruere.

Ipsorum est continuò velut buccinam inflare, & plebi suæ Dei minas ac promissa insonare, ut vel metu suppliciorum, vel spe præmiorum, corda hominum valeant permovere, & ad regni cælestis capeffendam militiam quemlibet animare, ut fortiter decerando coronam consequantur militiæ huic propostam.

Sicut ergo in bello Gedeonis tubis perfonantibus hostes territi terga verterunt, & in obfidiione Iericho sacerdotibus tubis clangentibus muri disjecti sunt: ita dum Pastores munere prædicationis cum zelo funguntur, potestas Satanæ, quasi murus animas cingens & obfidiatas reddens, sæpe concidere visa est.

Nam crebrò contingit ut iam subdantur Christo, quæ prius subingabantur Diabolo; illaque corda sanam doctrinam recipiunt.

Sicut ergo in bello Gedeonis tubis perfonantibus hostes territi terga verterunt, & in obfidiione Iericho sacerdotibus tubis clangentibus muri disjecti sunt: ita dum Pastores munere prædicationis cum zelo funguntur, potestas Satanæ, quasi murus animas cingens & obfidiatas reddens, sæpe concidere visa est.

Nam crebrò contingit ut iam subdantur Christo, quæ prius subingabantur Diabolo; illaque corda sanam doctrinam recipiunt.

Sicut ergo in bello Gedeonis tubis perfonantibus hostes territi terga verterunt, & in obfidiione Iericho sacerdotibus tubis clangentibus muri disjecti sunt: ita dum Pastores munere prædicationis cum zelo funguntur, potestas Satanæ, quasi murus animas cingens & obfidiatas reddens, sæpe concidere visa est.

Nam crebrò contingit ut iam subdantur Christo, quæ prius subingabantur Diabolo; illaque corda sanam doctrinam recipiunt.

Tim. 4.

Ezech. 33.

Sacerdotum munus olim erat in castris tubis perfonare. Num. 10. Iosue. 6.

yy quæ

quæ prius vitiis obfirmata & clausa manebant.

Hoc quoque hic adiciendum est, imitandos hac in re esse milites Gedeonis à Sacerdotibus ac Pastoribus Ecclesiasticis, quod lagenas confringentes & tubis insonantes, non propriis viribus nisi sint, nec sibi victoriam adscribi ambiverint, sed per castrorum circuitum inelamarint, DEO ET

Milites Gedeonis Deo victoriam adscribentes, quid docent.

GEDEON. Sic quemlibet in populis fructum fecerint Sacerdotes tuba sua & luce, hoc est doctrinam & prædicationem, non sibi adscribant, nec inde honorem accipientur, sed inelament, DEO ET GEDEON; hoc est, DEO SUMMO, ET CHRISTO DUCI. Huic enim militans huic vincunt, virtute huic perficiunt, si quid laude dignum perficiunt. Ipsi dicere possunt, si ego luceo, tu lucem accendis, si tanquam tuba resono, tu spiritu tuo eam perflas; si ego calamus, tu scriba velociter scribens; si cythara sum, tu eam pulsas; si pugno, tu gladio tuo per me uteris; si vinco, per te vinco; tibi est victoria adscribenda. In eandem sententiam dicebat S. Gregorius l. 1. ep. 39. Grave pondus est Sacerdotii; prius quippe Sacerdoti necesse est ut ceteris ad exemplum vivat, ac deinde ut mentem per ostensa exempla non eleveret de prædicationis semper ministerio cogitet, cum timore considerans quod talenta distribuens Dominus, dicit: Negotiamini dum venio, quod negotium tunc verè agimus, si vivendo & loquendo animas lucratur, si infirmos quosque celestia gaudia prædicando in superno amore roboramus, si proceruos gehenne incendia & supplicia terribiliter insonando flecimus, si nulli contra veritatem parcimus, si supernæ amicitias dediti humanas amicitias non timemus. Sed ad hoc extimesco, dum quid respondeam patri familias rationem redditurus adscripto. Hæc S. Gregorius.

Sed concludo, & sparsim dicta summatim recolligo & repeto, Sacerdotes alloquens tanquam Dei milites electos: Macte animo, quisquis sacerdotio initiatus es, aut ministerio divino destinatus, serio attende illud Apostoli: *Labera tanquam bonus miles Iesu Christi, vigila in omnibus, & ministerium tuum imple.* Ad vigilandum monet te lampas ardens, quam manu debes gestare. Ad laborandum monet te eorum reprobatio qui tanquam ignavi & meticulosi abierunt è castris. Ad ministerium tuum implendum monet te tuba, quam debes insonare, bona æterna & cœlestia annunciando. Sobrius esto, nec aquis huius sæculi affectum immergas, nec illicibus te involvas, nec terræ incurves. Temperantiam cole, continentiam, castitatem. Quod si pergeris, jam poteris cum egregio militum Christi Tribuno, quando de posicio tabernaculi huius mortalis aderit finitis castris, ovando canere: *Ego jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.*

2. Tim. 4.

Thema. Sic nos existimet homo ut Ministros Christi, & Dispensatores Mysteriorum Dei, &c. 1. Cor. 4.

A Rticulus est fidei Catholicae, Sacerdotes debent ordinatos esse speciales Christi ministros, & Regni eius, quod est Ecclesia; Officiarios primos, ita ut eius vices gerant, auctoritatem repræsentent, eius verbis & spiritu consecrent, baptizent, absolvant, panem vitæ & verbum vitæ ministrent. Eis ergo specialissimè convenit illud S. Petri: *si quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deum, ut in omnibus honorificetur Deum per IESUM CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM.* Benedicendus certè Deus, qui talem potestatem dedit hominibus propter homines, ut tanquam ministri eius cælum valeant aperire, infernum claudere, lepram peccati sanare, corpus Christi & cælo advocare, ante iudicium quodammodo iudicare; ita ut cælum sit in cælis, quod eorum arbitrio decretum fuerit in terris: Benedicendus Christus summus Sacerdos, qui dixit Apostolis, & eorum in sacerdotio successoribus, inusitatis in eos spiritum suum: *Sicut Iesus misit me Pater, ego mitto vos; quorum remiseritis peccata, remittantur eis.* Merito ergo propter hanc varias potestatem, non solum de se & Apostolis, sed etiam de Sacerdotibus omnibus pronunciat S. Paulus: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi.*

Quia porro Ministri Christi sunt, & tales existimandi, ideo sanctificati sunt, uncti, & speciali characterè signati, qui in æternum indelebilis est, & licet non permanebit etiam in altera vita, vel ad maiore rationum gloriam, vel ad dedecus & pœnæ incrementum. Estque illa specialis participatio sacerdotii Christi, in qua ei conformantur & configurantur; non solum tanquam membra capiti, ut in baptismo; nec solum ut milites Duci, sicut in confirmatione; sed ut ministri speciales summo Sacerdoti. O consecratio, o configuratio, o configuratio cœlestis tora & divina, ac planè admirabilis! Propterea rursus specialiter benedicendus Deus, & quidem æternum benedicendus, qui propter hominum salutem sic totus ungit, signat, facrat ineffabili modo; sine qua consecratione & consignatione nihil possent in functionibus & ministerio isto sublimi. Non sic Reges sibi valent consignare ministros; immò nec antiquitus aut Reges aut Sacerdotes per intereorem qualitate deputati erant; quamvis exterior unctio quædam eis adhiberetur. Sic nos ergo existimet homo supra homines, imò plusquam homines per admirabilem istum characterem, signum ministerii nostri & potestatis.

Vtique per illum Sacerdos constituitur ut alter est verus Christus, quandoquidem possit dicere in eius persona: *alter Christus sum.*

Sacerdos

Isaia: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus. Quibus verbis transelementat panem & vinum in copus & sanguinem ipsiusmet Christi. Et certè Christus secundum interpretationem Sanctorum Patrum dicitur per Prophetam, *Sacerdos in aeternum secundum Ordinem Melchisedech*, quia ipse usque in finem saeculi sacerdotio suo fungitur, per Sacerdotes offerens continuò Patri sacrificium ex pane & vino confectum. Ipse ergo in illis est, & per illos agit, & loquitur per illos ad eò admirabili modo, ut unusquisque eorum possit dici IESUS CHRISTUS, Sicut Apostolus Paulus propter vivificationem gratiae sanctificantis potuit dicere: *Virgo ego, iam non ego, vivis verò in me Christus: quanto potiori ratione dicere potest Sacerdos: Sacrificio ego, iam non ego, sed sacrificat in me Christus: Consecro ego, iam non ego, consecrat in me Christus: Absolve ego, iam non ego, absolvit in me Christus?*

ps. 109.

Gal. 1.

Ogorum mysteriorum Sacerdotes sunt dispensatores.

2. Cor. 4.

PARS I. Quantum honor sa-

tus est Apostolus ut dicat & incolcet: *Sic nos existimet homo ut Ministros Christi & dispensatores debatur. mysteriorum Dei.* Respondeo, quia quidam erga Sacerdotes ita se gerunt, ut quasi non credentes videri possint: quia nec eos, ut decet, verbis & officiis honorant; nec eam Sacerdotio & ministerio eorum deferunt reverentiam & obedientiam quam debent. Sic se habent, quasi ignorarent scriptum.

Ecclesi. 7.

In tota anima tua time Dominum, & Sacerdotes ejus sanctifica, In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & ministros ejus ne derelinquas. Honora Dominum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes.

Attende, quod non sine Emphasi idem tertio repetitur. Et quoties dicit Dominum amandum, commendandum, honorandum, toties id repetit de Sacerdotibus, ut doceat primum post Deum honorem, timorem, amorem, ipsi deberi tanquam Ministris imaginem ac auctoritatem suam in terris representantibus; & tanquam mysteriorum divinatorum Dispensatoribus. Immo vult hunc honorem etiam Sacerdotibus improbis deferri; non verò eorum vitia in publicum traduci, & deractionis sermonibus amplificari. Hinc illud: *Qui tangit os, tangit pupillam oculi mei.* Et rursus illud: *Nolite tangere Christos meos.* Certè viri justi semper superiorum suorum, etiam imperfectorum, honorem tuentur, & si vel leve in eos peccatum ad miseriam, mox ad se redeunt, & se reprehendunt. Sic David percussit cor suum, quod scidisset oram pallii Saulis, quia erat unctus, sive Christus Dominus. Quod explicans de Sacerdotibus, Praepositis, & Praelatis, Nicolaus primus Pontifex ad Michaelem imperatorem sic eleganter disserit: *Saulem David ferire metuit, quia pia subditorum mentes, a peste obreptionis abstinentes, Praepositorum vitam nullo lingue gladio percipiunt, etiam cum de imperfectione reprehendant. Quasi quandoque oram chlamydis silenter incidunt, latenter & innoxie derogando, & exteriora quadam eorum mala attingendo: tam ad se redeunt, & de tenuis verbi laceratione se reprehendunt. Sic David percussit cor suum, quia absidisset oram chlamydis Saul. Praepositorum quippe facta oris gladio ferienda non sunt, etiam cum rectè reprehendenda judicantur. Si quando contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est ut per afflictionem poenitentiae cor prematur. Ideo cum magna reverentia tractandi sunt, nec sunt eorum mores vel vitia taxanda, quia cum Dei locum teneant, ipse sibi injuriam irrogatam deputat: Diis non detrahes. Haec Pontifex Nicolaus. tom. 3. Conciliorum.*

Sacerdotes improbi etiam honorandi sunt, nec vitia eorum divulganda.

Zach. 2. Pf. 10.

1. Reg. 24.

Sed cum omnia haec veri fideles credant de Sacerdotibus, & fidei nostrae haec de re sit articulus, omnibus ab Ecclesia propositus; cur ita solici-



& ipsi Dæmones ad eorum præsentiam exhorren- res. Explicemus hæc particularius.

Ipsè Deus honorat sacerdotes.

Primò, honorat eos Deus communicata eis potestate super cælum & infernum; ut hunc claudant, illud aperiant. Honorat eos Christus Dei Filius, super corpus suum verum & mysticum auctoritate sacerdotii, & mysteriorum atque Sacramentorum specialia dispensatione, regniq; consortio.

Regio.

Solim Pharaò maximè honoravit Ioseph. An- aulum suum regium tradens. Sceptrum quoque & virgam; omniaq; oris eius imperio regi volens; Idem certò Deus Sacerdotibus concedit, regi sui negotia omnia eis cõmittens cù *Virga Virtutis suæ.*

Apoc.

Si Afluens Mardocheum visus est honorare ve- stibus regis & stola eum exornans: quantò magis Deus Sacerdotes: *Sic honorabitur, quem Rex vo- luerit honorari.* Hoc sane magis de Sacerdotibus quam de Mardocheo potest verificari.

Apoc. 6.

Annon & multis miraculis suos Deus honorat Sacerdotes: B. Martini globus igneus caput ambit, dum sacrificat. Fulgebant B. Conradi Abbatis digi- ti uncti ad consecrandum, ita ut nocte vel solo il- lorum lumine valerent officia divina & sacramen- tionem peragere.

Sacerdotes rebelles ipse Deus punit.

Adde, quod etiam Deus cor honoret punitione eorum qui sibi rebelles fuere. Quod multis exem- plis potest demonstrari. Cum S. Germanus Pari- sientis Episcopus, veniens ad palatium Regis Clo- tarii, non fuisset admissus ad Regem, nec honora- tus ab Aulicis, sequenti nocte Rex ægitudine per- cussus est. Rogatus simpliciter S. Germanus ut Re- gem visitet, advenit. Tunc Rex assurgens lectulo, ex sum se quæritur divino flagello allambitque E- piscopi palliolum, & vestem Sacerdotis deducit gaudens per loca doloris. Culpamque passus est, & sic omnis dolor fugit. Id verò actum est, ut cuius in- currerat de contemptu periculum, sentiret de con- tactu remedium. Ita habet vita eius.

S. M. P. Sacerdotes honorat Rom. 8.

Secundò eos honorat Deipara Virgo tamquam primogenitos filios Dei, conformes imaginis Filii sui: quia ipse est *primogenitus in multis Fratribus;* & hi speciales eius fratres sunt primogenitura il- lius participes, quorum & se Matrem specialem gloriatur. De qua re à nobis tradita require in Vir- ga Aaronistract. 3. lecti.

Angeli Sacerdos.

Ut honorem testaretur Deipara Mater erga Sa- cerdotes & Sacerdotium, Stulam sacris Angelicis manibus offert S. Huberto, ut inauguraretur Sacer- dos & Episcopus Leodienfis.

Similiter S. Ildephonso Casulam Sacerdotalem dono dedit, quibus sua sui que filii festa solemnia celebraret.

Item S. Andrea Fesulano in die qua Primitias sacrificii Deo offerebat, benedixit & dicit: *Ser- vum meum es tu, quia te elegi. & in te gloriabor.* Sen- sitq; ex illa benedictione, opem specialem in omni sacerdotali functione, Virgine Matre cooperante.

Tertiò eos honorant Angeli. Ipsi enim sacrificio assunt, & illud cum ipsis Deo offerunt, Vidit eos,

sæpius S. Chryostomus; & magno quidem nume- ro. Hinc in sacrificio dicimus: *tube illud, Domine, ram- perferri per manus Angeli tui in sublime altare tu- um.* In quibus verbis in Monasterio Sabiniensi tempore Serionis Abbatis vidit Religiosus cele- brans plures circa altare Angelos, quorum unus ce- teris aliorum sacramentum Deo visibiliter offre- bat; & super altare illa reposita disparuit.

Adde quod sacerdotale & Angelicum officium ita conveniant, ut quandoque specialiter Dei ordina- tione Angeli ministerium vifi sine obire quod ad Sacerdotes ex officio spectabat. Sic Angeli leguntur ministrasse sacramentum Euchariam S. Onuphrio, S. Bonaventuræ, B. Stanislao, & aliis. Sic & S. Am- philochem Angeli leguntur consecrassent Episcopum. Immo & quandoque ministrasse Missæ loco famuli absentis, certum est ex Historiis Ecclesia- sticis. Adjiendum & hic honoris Sacerdotalis re- cens exemplum, ex auctoribus fide dignis.

Vir magnus pietate & zelo, Penitentiaris cu- jusdam Ecclesiæ Cathedralis indefessus in audien- dis confessionibus, orationi mentali peradditus, à juventute videbat Angelum suum in forma vili- bili. Antequam fieret Sacerdos, Angelus eum præcedebat; sed post characterem sacerdotalem nunquam voluit præcedere, præcedentiam semper deferens Sacerdoti; ita ut fide digni affir- marint sæpe enim adversum esse, quando ad Sacri- ficiam redibat, Missa peracta, in introitu porte quas- dam quasi cæremonias fieri, tanquam si invitaret Sacerdos alterum quempiam ad præcedendum. Hæc testatus est vir illuminatissimus & fide dignissimus Franciscus Sales; & refertur in vita eius libro 4. cap. 53.

Quartò honorans eos Beati in cælo, quoquo- dem maneat character sacerdotalis ad majorem eorum gloriam & honorem. Et cum eos honora- rint in terris, absque dubio honore profeguntur in cælis. Norum est & quomodo S. Franciscus & S. Antonius honorarint Sacerdotes; quodque Sac- erdotum etiam improborum benedictionem maxi- mifacerent, tanquam à sacratis manibus proceden- tem. Sic & S. Maria Ogniaça, & S. Catharina Ste- nensis, osculabantur Sacerdotum & ministrorum Dei vestigia, in honorem sacerdotii & mi- nisterii eorum erga Christi Corpus verum & my- sticum.

Quintò honorarunt eos Reges maximo honore. Audi de S. Venceslao Rege Bohemiæ. Hic teste Rid. *mensis 28. Septembris tanta devotione & zelo ferebatur etiam erga Sacerdotes & sacrificium, ut ipse manibus suis seminaret, meteret, trituraret granum; quod pani sacramentali conficiendo deserviret; sed & personaliter Sacerdotibus sacrificantibus mini- strabat, eosque largis sustentabat elemosinis.* Hæc omnia Frater Boleslai odium pepererunt, ita ut eum insectaretur propter fidem & devotionem; ac propter ea in ipsa Ecclesia ab ipso fuit interfe- ctus. Christus autem summus Sacerdos eum Mar- tyri-

tyrii laurea decorari voluit, ob pietatem erga Sacerdotium. Audi & de B. Hyduige Poloniae Heroina & Ducissa. Hæc coruscationes & tonitrua magno opere formidabat, quod his elementorum commotionis extremæ dici iudicium & divinæ ultionis gladium ad memoriam revocaret. Nec cessabat hic timor, donec accitus aliquis Sacerdos sacratas manus pro divinæ protectionis scuto eius capiti imponeret; sub quartum umbraculo tanquam jam secura de periculo genueflexionibus & orationibus durante tempestate insisteret. Tranquillitate reddita pro gratiarum actione illas manus exoscilabatur, quas ideo putabat posse resistere noxiæ potestati iram Dei avertendo quia sacratæ essent. Hæc apud Sorium in vita ejus.

Anime in purgatorio honorant Sacerdotes

Sexto honorant animæ in purgatorio, quia per eos gaudent subsidiis sacrificiorum, & eruantur à penis. Audi Thomam Cantiprato, lib. 2. Apum. c. 3. Veridica relatione didicimus, quemdam defunctum, & subito ad penas purgatorii transiit, cuiusdam viri sanctissimi precibus ad vitam revocatum. Hic tale quid visum & auditum in purgatorio referebat. Anima cuiusdam, quem prius in vita cognoverat, gravissimè torquebatur: in medijs verò ignibus subito illa gestiens exclamavit: *Eja miseroridissime Deus, nec in suam oblivis es mei, Cui anima confors in pena. Vnde tibi in tam horridis penis exultatio? At illa. Merito exulto, quia mihi scire à Domino datum est, in hoc instanti puerum natum, in cuius Missa, quam ipse celebrabit primam Sacerdos factus, ad requiem evolabo æternam.* Hæc Cantiprato ibi.

Dæmones horrent Sacerdotes

Septimò, Dæmones horrent, nec audent digitos sacratos attingere, cum in eorum quos possident oram cum fide magna immituntur. Immo & per improbos Sacerdotes quandoq; à possessis ejiciuntur, ut sacerdotii auctoritas luceat. Dignum est memoratu quod hæc de re in Chronicis nostris Leodienibus scriptum legimus.

Exemplum

Anno Domini 1374. de Alemanie partibus venit quædam Secta quæ dicta est *Secta Chorisantium*. Erant promiscui sexus, tam scilicet viri quam mulieres, qui illudebantur à Dæmonio, ita ut tam in domibus quam in plateis atque etiam in templis se invicem manuteneutes tripudiarent, & in altum saltitarent sine ulla verecundia, & nomina quædam Dæmoniorum insonarent. In fine verò chorifantibus ita circa pectus torquebantur, ut nisi mappulis lineis circa medium ventris fortiter stringerentur, furiosè clamarent se mori: Ita verò excrevit eorum numerus in locis Leodio vicinis, ut multa millia numerari possent. Nam & plurimi sanæ mentis subito arripiebantur, & data dextra Leodii dicebat id contigisse ob improbos Sacerdotes, & ob concubinariorum Presbyteros, quod male pueros baptizarent. Deus verò ut non minus valere improborum quam proborum Sacerdotum baptismum comprobaret, & silentium calum-

natoribus imponeret, Sacerdotes sæculares hæc gratia donare voluit, ut illi tales possessos liberarent per exorcismos similes baptismalibus. Aliquibus enim aqua benedicta vel exorcisata bibenda proponebatur, vel invocis ori infundebatur, quandoque in auribus *Effera* inclamabant, & in faciem insufflabant, virtutem inimici irridentes & enervantes. Idque fiebat tam per improbos quam per probos Sacerdotes eum effectu, ita ut tria circiter millia variis in Ecclesijs Parochialibus vel Canonicalibus fuerint Saata. Quo viso vulgus miro honore profectus est Sacerdotes omnes & Clerum, à solitis distractionibus & calumnias quiescens. V. Chapiaville tom. ult. fol. 21. ex Radulpho Decano Tungrensi, & alijs Scriptoribus.

Sed ne nimis inflentur Sacerdotes ex dignitate & potestate ac ministerio suo, addit Apostolus: *Sed iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniat.* Quali diceret Sacerdotibus & Ministris Christi. Omnes tenentur Deo reddere fidelitatem baptismi & Christianæ vocationis: ac ministri Christi etiam unctiois, obsecrationis, & dispensationis sibi conceditæ in tam sublimi ministerio. Ad eò sancta mysteria non satis est tractare, sed sanctè tractanda sunt, & fideliter administranda ac dispensanda. Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Si nobis gratia, sanguis, merita Christi & divina omnia mysteria committuntur, exigitur è nobis quomodo illa tractaverimus dispensaverimus, sumperimus; an usi, an abusi fuerimus. Animæ Christi pretioso sanguine empre nobis creduntur, sed requiremur ex acte, quam curam eorum gesserimus, quam custodiam impenditimus, quam operam illis sanctificandis & in sanctitate conservandis navaverimus. Non possumus dicere illud, in fidi Abelis: *Nam quid custos Fratris mei sum ego?* Male quoque nobis cedet, si ingemiscere oporteat & fateri: *Filii Matris meæ posuerunt me custodem in vineis, & vineam meam non custodi.* An non hoc attendere debent Sacerdotes & timere, ac ignaviam excutere? Itaque fidelitas requiritur à nobis tanquam prima dos Ministris & Dispensatoribus. Hæc autem est vera fidelitas, non querere nisi gloriam & honorem Domini sui eiusque commodum semper promovere, & quæ credita sunt dona & talenta sedulo impendere. *Dum crescut dona, rationes etiam crescut donorum, & tanto esse humilior, ad servandum Deo promptior quisque esse debet ex munere, quanto se obligatiorem conspicit in reddenda ratione,* inquit S. Gregor. Homil. 9. in Evang. Equidem hæc fidelitas debet perseverare usque in finem, cum timore operando salutem nostram & alienam, si Coronam nostræ Sacerdotali adjungere volumus Coronam æternæ gloriæ. Ideo dicit Dominus cuidam Sacerdoti ac Ecclesiæ Præfecto & Ministro suo: *Esto fidelis Apoc. 3. usque.*

PARS III.
Quæ fidelitas à Sacerdotibus requiritur

Gen. 4.

Cant. 5.

1. Tim. 4. *usque ad mortem, & dabo tibi Coronam vite. Pro-
pterea etiam Apostolus in fine, quasi celcuma tri-
umphale capens, in clamat: Tempus resolutionis
meae instat. Bonum certamen certavi, cursum con-
summaui, fidem seruaui, in reliqua reposita est mihi
Corona iustitiae.*

Itaque sic agere debemus, ut non solum nos exi-
stimet homo ut *Ministros Christi & Dispensatores
mysteriorum Dei*, sed etiam ut ipse Christus & Deus
nos existimet, siue agnoscat, ut *Ministros suos &
Dispensatores mysteriorum suorum*; & quidem fide-
les, talesque qui cum Paulo dicere possimus. *Fide-
dem seruaui*: Fidem erga Deum, ejus gloriam in-
cessanter promovendo: Fidem erga homines, eor-
um saluti invigilando: Fidem erga divina myste-
ria & sacramenta, ea ritè & sanctè dispensando. Cor-
am Deo igitur & Christo eos sic nos gerere debe-
mus, per gratiam, amorem, puritatem, pietatem, ut
& ipso, & ab Angelis, & ab hominibus agnoscamur
fideles ministri, vita doctrina conversatione, &
Spiritu gratie, Felix qui dicere potest: *Festus est mi-
hi Deus, cui seruaui in Spiritu meo*. Conversatio talis
esse debet, ut neminem ullam offensionem, ut
non vituperetur ministerium nostrum; sed Christi
quasi Ministri Satanæ per superbiam & ambitionem;
quasi Ministri Mammonæ per avaritiam & terre-
norum sollicitudinem; quasi Ministri Veneris &
Beelphégor per luxuriam & impuritatem; quasi
Ministri Beelzebub per invidiam livorem; quasi
Ministri Martis, & Vulcani per impatientiam &
itam ardentem; quasi Ministri Diaboli per ignoran-
tiam & caliginem cecam. Certè non pauci tales sunt
inter eos qui se Christi Ministros nuncupant. Vnde
cum in extremo illo examine rejiciuntur, dicere
quidem poterunt, *Domine; nonne in nomine tuo
confecimus, benedicimus, baptizamus, Demonia
ejecimus, virtutes fecimus* (Attamen eis respon-
debitur: *Amen dico vobis, Nescio vos*. Quid ita?
Quia scilicet in nomine meo hæc fecistis, sed non
in Spiritu meo. S. veritatis vos quidem unxit ut Mi-
nistros meos, sed Spiritus mundi & vanitatis vos se-
duxit; & ideo pars vobis non cum Ministris meis,
sed cum Angelis seductoribus, Cœcludo hic & dico.

2. Tim. 4.

Rom. 1.

2. Cor. 6.

Matt. 7.

Eja, Domine Iesu Christe, qui nos constituisti
Ministros tuos & Dispensatores mysteriorum Dei,
per misericordiam tuam tuos nos reple Spiritu, gra-
tia, amore, donisque celestibus, ut tales nos agno-
scas, agnoscat & homines, quales nos coram te
convenit esse ex celesti vocatione nostra. Effice be-
nignitate tua, ut dignissimus hominibus commu-
nicare gratiam tuam, spiritum, & merita tua. Da ut
fideles inveniamur in ministerio & dispensatione,
usque ad ultimum momentum vitæ; ut te cum
Angelis & hominibus æternum valea-
mus glorificare.

Thema. *Labia Sacerdotis custodient scientiam, &
legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domi-
ni exercituum est.* Malach. 2.

Sæpius sacris in literis nomen Angeli Sacerdotis. Sacerdotis
tribus attribuitur. Quod primò elatu est ex hoc hic
loco Malachia. Sic & de Sacerdotibus inter preta. ratio
tur S. Ambrosius; S. Anselmus, & ex illis S. Tho. gely-
mas, quod Apostolus dicit: *Velamen in Ecclesia de. singula
bet habere mulier super caput suum, propter angelus Hierar-
hoc est, propter reverentiam Sacerdotum, qui tan-
quam Angeli ministrant in Ecclesia Dei*; ne facie
detecta illis occasione vel vanitatis vel curiosita-
tis obijciat: Item S. Ioannes Rectores Ecclesiarum Ap-
septem Alia vocat Angelos. *Angelo Ecclesia E-
phes scribe, &c.* hoc est, illius Rectori hæc signifi-
fica Ratio cur nomen Angeli attribuat Sacerdo-
tibus est, quia participat cœlesti officio & mini-
sterio Angelorum per munus suum sacerdotale, gely-
mas. Hinc Ambros. lib. de interitandis cap. 2. *Sacerdos est
Angelus, qui regnum Christi & vitam æternam an-
nunciant non speciet tibi est manduc, sed munere.* Sicut
& Tertullanus lib. contra Iudeos c. 5. *Deus eos vo-
care consuevit Angelos, quos virtutis suæ ministros
prefecit.* Neque solum cum in finis Angelis Sacer-
dotes nominis & officii communicationem habent,
sed etiam cum supremis, ac cum omnino
omnibus choris: quod hic declarare specialiter in-
tendo, discurrando per singulas Hierarchias & sin-
gulos choros. Tres enim Hierarchias secun-
dum S. Dionysium, & in singulis Hierarchiis tres
chori. In prima Hierarchia sunt: Seraphim, Cheru-
bim, Throni. In secunda Dominationes, Virtutes,
Potestates, In tertia Principatus, Archangeli, An-
geli. Ita dicit S. Dionysius lib. cœlestis Hierarchia.
6. se didicisse à suo Magistro, scilicet à S. Hiera-
chæo, vel certè à S. Paulo, qui in cœlum raptus hæc
didicit vel etiam conspexit. S. Gregor. paululum
alium ordinem dat in hierarchiis. Vide S. Thom.
& Doctores passim. Incipiam igitur ab infimis ad
supremos usque.

Angeli inde disti sunt quod sint: Nominè Dei,
scilicet Legati, qui mittuntur propter eos qui hæc
dicitatem capiunt salutis. Archangeli autem illi sunt
quibus sublimiora & graviora negotia committuntur
ad nos deferenda, & per eos exequenda; ita
ut etiam sint Legati Dei, sed sublimiores, & Ange-
lis eminentiores. Itaque hoc habet Sacerdos com-
mune, tam cum Archangelis, quam cum Ange-
lis, quod Legatus sit Dei. Sic enim explicat S. Hie-
ronymus illud Malachia. *Angelus Domini exerci-
tuum est. Angelus, id est, Dei nuncius verissimè Sa-
cerdos dicitur, quia Dei & hominum sequester est, &
usque ad populum nunciat voluntatem. Sicut lega-
tus non aliud quam Principis sui nunciat volunta-
tem,*

tem, eique nihil addere vel demere potest: sic Sacerdos voluntatem Dei nunciat populo, nec ei addere vel demere quicquam valet. Sed & vicissim vota populi referat ad Deum, quasi inter utrumque intermedium, mediator, & sequenter.

Gen. 28. Angeli ascendentes & descendentes, munus sacerdotum ostendunt.

Notum est officium Angelorum & Scala Jacob, ubi ab eo visi sunt ascendentes & descendentes. Ascendebant ad Deum qui innixus erat scalæ; descendebant ad Jacob Mytheria ei revelantes futura in incarnatione Filii Dei ex eius progenie. Descendebant tamquam Legati Dei; ascendebant tamquam auxiliatores Jacob peregrini, ut eius vota Deo repræsentarent. Sic continuò ascendunt, ut gemitus, preces, necessitates nostras Deo repræsentent: descendunt autem ut gratiæ dona ad nos referant, divinamque voluntatem nobis infundant, illustrando, docendo, dirigendo; à malo nos retrahendo ad bonum nos impellendo. Annon hoc ipsum est munus Sacerdotum? Nonne ipsorum est annunciare mandata divina rodibus, ostendere viam vitæ errantibus, dirigere bene ambulantium pedes in viam pacis & æternitatis. Certe eis incumbit ex officio ad omne bonum excitare omnes non tantum verbo doctrinæ, sed etiam exemplo piæ conversationis & vitæ. Atque sicut Angeli & Archangeli jugiter stant coram Domino in eum mentis aciem intendentes, & sanctus, sanctus, sanctus. Triadi sanctissimæ decantantes: similiter debent & Sacerdotes Dei præsentiam coram oculis habere, & eius laudes piè psallere, ac gloriam ubique promovere. Ad ipsos quoque spectat sese interponere medios inter Deum & populum, ut plebis desideria & vota Deo offerant, & dona gratiæ ac reconciliationis reportent.

Sacerdos, velut alter Noë Jacob, Moyses Aaron.

Quoties cernis Sacerdotem sacris altaribus assistentem, considera eum medium inter Deum & Noë Jacob, populum velut alterum Noë, sacrificio odoris suavitissimi iram divinam placentem: velut alterum Moysen Aaron, luculentum cum Deo, ut benedictionem reportet: velut alterum Moysen, Deo manus ligare cogentem, ne ira suæ sagittis conficiat populum peccantem: velut alterum Aaron, fumentem pro securo orationem, & ignem de altari cum thymiamate: ut fiet inter mortuos & viventes.

Apoc. 8. Immo considera eum tanquam Angelum illum, aut Archangelum, Apocalypiticum, qui stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Certe Sacerdos vota totius Christiani populi complectens, & Deo Christoque offerens cum charitatis igne & ardore, censetur thymiamate odoriferum adolere & offerre, confectum ex variis desiderii & orationibus Sanctorum, tam viventium, quam beatorum, petentium everti regnum peccati, & averti iram Dei. Ad hunc effectum stat tanquam angelus ante altare prope Sanctum Sanctorum, in quo Christus residet, & in

quo vota precantium exaudit Deus per Iesum Christum Filium suum Dominum nostrum & Sacerdotem supremum. Eius humanitas charitate ardens, aureum est thuribulum cum thymiamate, cuius odor non potest repelli, nec potest non esse gratissimus; ideoque offert Sacerdos illud thymiamate præcipuum, cum orationibus Sanctorum tanquam incensis multis, sed virtutem habentibus ab illo thuribulo aureo & eius ardente igne: quia à meritis Christi dependent merita Sanctorum, & à precibus eius vim habent preces eorum, sicut & ab eius sacrificio sacrificium nostrum. Hunc aureum Angelum Domini, hoc est Sacerdotem sacrificantem, circumstant alii Angeli, imò & Archangeli cælestes, ut & illum adjuvent & dirigant, & cum illo preces & hostias offerant. Quapropter monebat S. Ephrem tract. de Virginit. tom. 1. *Esto totus orationis tempore velut cælestis Angelus, si que contende ut oratio tua sit sancta, & immaculata, irreprehensibilis, ut cum illam viderint ascendere porta cælestis, gaudentes ultra ei apperiant ut ipsam cernentes Angeli & Archangeli letantes occurrant, & coram excelso & sancto throno immaculati Dei illam offerant.* Sane si de sacrificio Manue, dum ei promissus fuit Samson, dicitur: *Cum que ascenderet flamma altaris in celum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit;* multò magis, verum est de sacrificio nostro, præsertim quando flamma charitatis & divini amoris cum illo de corde Sacerdotis ascendit. Inter Angelos & Archangelos versatur Sacerdos dum sacrificat aut munia sua obit, imò ipse Angelus & Archangelus est.

Principatus, inquit S. Thomas in Epist. S. Pauli ad Ephes. cap. 1. lect. 7, dicuntur Angeli illi qui singulis Provinciis præsent. Cum his illi maxime Sacerdotes in officio & excellentia participant, qui in Ecclesia præfecturam habent: quia scilicet hi velut Principes sunt in Republica Christiana, & aliis præsent cum auctoritate & directione principali. Tales sunt Episcopi, ac alii Prælati sublimem jurisdictionem exercentes, & tanquam Duces in exercitu Christi, simulque ut oculi in corpore eius mystico, toti corpori ad vigilantes & curam illius habentes. Sed addo quod omnis quoque Sacerdos hac ratione hanc excellentiam participare censetur, quod totius Ecclesiæ quædam etiam ei cura incumbat, quandoquidem pro toto illius statu sollicitum esse conveniat, & de ipsius propagatione fatigentem. In huius rei figura de veste Sacerdotali dicitur. *In veste Poderis totus erat orbis terrarum.* Cuius rationem reddidit S. Hieronymus, epist. 128. ad Fabiolam. *Ve creaturarum omnium typum portans in veste, indicaret cuncta egerere misericordia Dei; nec tantum pro parentibus aut propinquis, sed & pro cuncta creatura, voce & habitu præcatur. Vtique debet Sacerdos pro toto orbe & universa creatura orare, pro cælo, terra, solc, aëre, & omnibus elementis: quia*

licet.

Aug. serm. 98. de temp.

Iudic. 13.

Qui Angelorum dicuntur Principales.

Sap. 18.

licet culpa sint expertia, tamen in nostrum data obsequium, multis miseris in nos redundantibus subduntur; *Vi de vota sit nobis creatura, devotos oportet esse Creatori*, inquit S. Chrylogos. Terra datur in sterilitatem, aer in corruptionem, & alia elementa ac atra in malignitatem & infectionem, à malicia inhabitantium terram; pro quibus omnibus avertendis supplicationes offeruntur Deo à Sacerdotibus in sacrificiis.

sa est virtus & fortitudo Iosue imperantis Soli: *Potens Sol ne movearum contra Caban*. Ad que verba Sol factus est visus est, caelo & terra stupente. Nec minor visus fuit Iſaiæ auctoritas & potestas, dum ad petitiu Pharaonis Regis Ezechie Solem ad decem usque gradus facit retrocedere. Sed hec omnia superat potestas communicata Sacerdotibus, dum quatuor sacrosanctis verbis sibi conceditis, sub particula panis, sola rem specie remanente, caelum terræ jungunt, humanae naturæ divinitatem, non sine stupore Angelorum, quibus id non fuit concessum, quique hic sub orbis modico agnoscunt Orbis Dominum. Id quoque faciunt quocies voluerint, & quidem eodem tempore in mille & mille locis ad vocem Sacerdotum sese sistit Dei & Hominis Filius, sub trans-elementati panis & vini accidentibus, ut sua nos reficiat carne deifica, suo sanguine vivifico, sua divinitate adoranda. Ibi igitur Sacerdote operante merito dicunt, non Magi Pharaonis, sed Virtutes caelestes: *Virtus Dei est hic: Dignus Dei est hic*. Ibi Sacerdos tanquam alter Iosue sistit Solem iustitiae & veritatis Iesum Christum, quasi *Deo obediens voce hominis*: immò illum facit iterum retrogredi usque ad decimum gradum instat Iſaiæ (per nomen scilicet Angelorum choros usque ad naturam humanam) vestiens hunc Solem, & eius radiantem splendorem abscondens sub umbra & velamine specierum sacramentalium. Denique ibi necesse non habet in clamare cum Elizzo: *Vbi est Deus Elie, etiam nunc?* Certissimè enim ibi adesse innovans signa, immutans mirabilia. Nemo ergo ambigat Sacerdotem confortium habere cum Potestatibus & Virtutibus caelestibus, ut & propterea hic verum sit: *Angelus Domini exercituum est*. Nunc videndum quomodo cum Dominationibus conveniat.

Pars II.
Sacerdotes
miles potestatis
Virtutibus
Dominationibus.
Es. 105.

Quomodo
Sacerdotes
cum Potestatibus
communi-
cent.

Et cum
Virtutibus

Moyses &
Aaron potentes.

Exod. 8.
3. Reg. 17.
Potens Elias.
3. Reg. 18.

Potestates dicuntur illi spiritus caelestes qui specialiter ad aereas nequicias spirituales arcendas praesunt, & ad id destinantur à Deo; inquit S. Thomas. Virtutes autem spiritus illi sunt, ad quos pertinet executio prodigiorum & miraculorum divinorum. Et forte eorum opera facta sunt tot prodigia circa Filium Israel, iuxta illud. *Magnalia Aegypti mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro*. Sive ergo de Potestatibus agamus, sive de Virtutibus, cum utrisque communicant Sacerdotes. Cum Potestatibus quidem, quia super nequicias spirituales potestas eis communicata est, ad eas accendas & compescendas, de aeri, vel terræ, vel alii elementis noceant, & per hoc corporibus humanis, ac vitæ hominum; ut patet in exorcismis eis commissis, per quos auctoritate potiuntur super omnem creaturam, ut ab ea omnem Demonis expellant potestatem: simul etiam potestatem super nequicias spirituales habent, ut eas ab animabus depellant, & in infernum relegent, quodammodo eas colligando & concludendo in abyſſo. Eis enim claves inferni ad id concessæ sunt à Christo.

Cum Virtutibus autem eos participationem habere in executione prodigiorum & miraculorum, ex eo constat, quod prodigiorum omnium prodigium & miraculorum miraculum, virtute verborum ab eis prolatorum quotidie renovetur; dum sub albicanti panis specie minima, & sub vini guttulis Filium Dei constituunt, cum divinitate, anima, & corpore, velut innovantes admirabile illud mysterium incarnationis Dei & hypostaticæ unionis divinæ naturæ cum humana.

Magna fuit Moysis & Aaronis potentia, dum virgam in serpentem, & serpentem in virgam convertunt; dum hac virga aquas percipiunt & in sanguinem mutant; dum aërem tenebris obscurissimis replent, ut terrori sint Aegyptiis; dum ranas, ciniphes, & alia animalia è terra educunt usque in conclave Pharaonis penetrantia; dum denique tot mirabilia patrant, ut cogantur Pharaonis, magis dicere, *Dignus Dei est hic*. Magna fuit virtus & auctoritas Eliæ, cui datum fuit caelum claudere tribus annis, ut nec gutta pluviae deflueret, ac postmodum oris sui velut imperio aperire: cui etiam concessum fuit ignem de caelo deducere ad consummandum sacrificium, imò & ad vindictam super hostium, Maxima denique vi-

Dominationes, sive Dominantes (nam abstrahuntur ponitur pro concreto; sicut & Principatus, id est Principes; Potestates, id est Potentes; Virtutes, id est Virtute praestantes) dicuntur quidam Angelici spiritus quod liberi ab omni servili conditione rectissime ordinant quidnam ad Dei gloriam agendum sit; & significantur habere speciale participatione Domini divini, sicut & Virtutes speciale participationem virtutis divinae. Certe Sacerdotes cum his in eo concordant quod ab omni servili conditione liberi, velut Reges & Domini specialiter sine uncti & coronati; quam coronam etiam capilli in formam coronæ dispositi & resecti designant. Qua dispositione & coronatione meminisse debent, se velut Reges omnibus effectibus & passionibus pravis debere dominari, & quæ ad gloriam Dei spectant rectè ordinare, ac cum zelo procurare. Atque ideo Nazarai inter fratres nuncupantur, id est consecrati & coronati, imò eis convenit illud Iacob: *Esto Dominus fratrum tuorum*, & *incurventur ante te fratres. Qui tibi benedixerit, sit benedictus, qui maledixerit tibi, sit maledictus*.

Throni

PARS.III.
Sacerdotes
similes
Thronis
Cherubinis
Seraphinis

Throni dicuntur quidam Angelici spiritus
quia in eis Deus specialiter sedeat, & iudicia
exerceat. Planè & hæc excellentia Sacerdotibus
est communis, qui propter Deum sibi assiden-
tem, immò & in ipsis specialiter sedentem, ante
diem iudicii iudicant: quodque eorum fœderat arbi-
trio in terris, ratum habet Deus in cœlis, in iudi-
cio illo sacramentali, & quo eorum auctoritate
peccata vel absolventur, vel retinentur, iuxta il-
lam ordinationem ejus Ioan. 20. *Quorum remis-
eritis peccata, remittuntur eis; & quorum retine-
ritis, retenta sunt.* Certè hæc potestas superat pote-
statem Moysis, consecrationem Aaronis, aucto-
ritatem Samuelis, eminentiam quoque omnis mu-
neris concessit Prophetis: nec his enim, nec ipsis
Angelis, aut Thronis, tale iudicium, talis vel con-
cessa potestas est, quæ à Christo Apollolis ac co-
rum in Sacerdotio successores est demandata.
Et huc usque in Ecclesia (frematibus licet hære-
ticis) in usu est, ex promissione & ordinatione su-
premi Domini & Iudicis. Quia licet Pater omne
iudicium dederit Filio, omnemque iudicandi au-
thoritatem: ipse tamen noluit sibi eam reservare,
sed voluit Sacerdotibus committere. facere pro de-
curis hujus vitæ mortalibus, sibi reservans eam quæ
pro finali iudicio necessaria erant: Hæc ejus benigni-
tas, bonitas, & liberalitas fuit, ut condescenderet
fragilitati hominum, quibus & Iudices homines
constant, ad quos liberi accedere, peccata
agnoscere, & confiteri, ne serrentur ma-
jestate Iudicis, dicitur: tunc fuit Adam ad solam vo-
cem Domini adventans, dum peccaverat in Pa-
radiso. Timorem enim vel ejus præsentiam, vel inter-
rogationem etiam lenem, & fugit, seseque peri-
zomatis velamine, & solius ac umbra arboris texit
& abscondit, veritus culpam faceri coram divina
Majestate. Hunc terrorem mitigat Christus & eli-
minat, iudicium committens Sacerdotibus, qui &
ipsi homines sunt ut alii, & fragiles ut ceteri. Qua-
propter, sicut ipse de Patre dixit: *Pater non iudicat
quemquam, sed omne iudicium dedit Filio; sic & de
ipso dicere possumus: Filius non iudicat quem-
quam, sed omne iudicium commisit Sacerdotibus.*
Ideo sedent in Tribunali Sacro ipsius vice, quare
cum Angelicis spiritibus (qui Throni dicuntur per
excellentiâ) participare eos dicimus, imò & qua-
dam ratione superare.

**Qui angelo-
ram dicantur,
Cherubin.**

Mal. 2.

Cherubim dicuntur à plenitudine scientiæ & lu-
minis divini, quod influunt & in alios. Cum his er-
tam participat Sacerdos, quia ipse est lucere luce
sapientiæ & scientiæ veræ, ac alios quoque illumi-
nare eadem luce. Nonne de Sacerdotibus scriptum
est: Vos estis lux mundi? Scientia ergo divinarum
rerum debet in Sacerdote eum plenitudine reside-
re, quam possit in alios transfundere, quia scriptum
est: *Labia Sacerdotis custodiens scientiam & legem
requirunt de ore ejus.* Propterea etiam in figura
Exod. 8. jubetur Sacerdos in Rationali gestare hæc
verba: *Vrim & Thummim*, id est, secundum nostrum

Interpretem, *Doctrina & Veritas*, quæ in Rationali
pectore Sacerdotali appen- scripserat fuisse divi-
nitus, tradunt nonnulli. Arias Montanus & alii. De-
bet itaque Sacerdos esse instar Cherub illuminati-
vus, debet & errorum tenebras ad vitiorum caligine-
nem divinarum rerum tradita noticia eliminare,
sicut & animas illuminare: propter hoc rursus di-
citur, *Angelus Domini exercituum est.*

Seraphim dicuntur quasi *Ardentes & inflamma.* Seraph.
ti igne cœlesti. His etiam comparatur Sacerdos,
qui assistere debet coram facie Dei nostri, qui *Ignis
consumens sacris* in litteris nuncupatur. Ab illo, si
dignè accedit, rotus inflammatur, ita ut mens ejus
sit velut Rubus Moysis, ardens & incombustus.
Moyses descendens de monte corvum gestabat
faciem ex confortio sermonis Dei, hoc est resplenden-
dentem & radiantem. Hebræa enim habet: *Erat Exod. 34.
Lux faciei ejus cornuta*, quia scilicet ad faciem ejus qua
si radii procedebant cornuum formam habentes. Et
hoc vocat Apostolus *Gloriam vultus ejus*, in quam 2. Cor. 3.
nequibant Filii Israël intendere, Certè nonnulli Sa-
cerdotes sacrificantes & cum Deo colloquentes
non minori irradiatione fuerunt divinitus illustrati:
sed si mentis oculis possemus intueri quid in Sacer-
dotibus piis totus agatur ob præsentiam illius qui
est Candor lucis æternæ, agnosceremus radios
ibi fulgurientes, & Sacerdotem tanquam Sera-
phim circumvestitum luce & ardore divino, ex
præsentia & operatione ipsius Dei & Ignis æ-
terni: possemusque inclamare: *O ignis sancte, quam
suaviter ardes, quam secretè laceas, quam desideran-
ter aduris!*

Meminiſſe hic oportet illius quomodo Domi-
no cum gloria descendente in templum illudque
sua replente majestate, unus Seraphim de altari
sumens *Calculum ignitum*, venit ad Isaiam, ejus.
que labia tetigit, mundavit, adussit; illustravit
igito isto calculo. In sensu allegorico, quid re-
præsentat Isaias immundus labiis, nisi peccato-
rem? Quid Seraphim calculum ignitum sumens
de altari divino, nisi Sacerdotem, qui dum Sacra-
mentum Eucharisticum præbet peccatori, reli-
quias immunditiei ejus abstergit, & adurit velut
calculum ignitum, eumque purgat & illuminat? Ergo
& ea propter dici potest de eo: *Angelus Domini ex-
ercituum est*, quandoquidem Seraphico fungitur
officio.

Interim ne hoc titulo & munere Angelico ni-
mium efferatur, advertat illud Bernardi: *Caleſte te-
net officium, Angelus Domini exercituum es; tam-
quam Angelus, aut eligeris, aut reprobaris. Inven-
ta in Angelo pravitas & distritum iudicetur ne-
ceſſe est, & inexorabilis quam humana.* Ita ipse in
Sermone: *Eccè nos reliquimus omnia.* Idque dicit
conformiter Regio Prophetæ, qui cum de Iudi-
cibus, quales sunt Sacerdotes, dixisset, *Ego dixi, Di
estis, & Filii Excelsi*, adjungit: *Vos autem sicut ho-
mines moriemini, & sicut unus de Principibus eade-
m.* Hoc est. Sicut Angeli, & cælestes illi Principes,
Deo

Deo inobedientes, & post tot dona ingrati, gravissimè & irreparabiliter eeciderunt; sic & vos, si sublimi ministerio vestro indignè vos geratis, & Dei donis ingratos exhibeatis, profundissimè & inexorabiliter cadetis. Quia ab altiori gradu ruina periculosior est, idèò quanto major est vestra celsitudo, tantò debet esse amplior vestra sollicitudo.

A Sacerdotibus requiritur angelica puritas & perfectio. Heb. 1.

Cur itaq; Angeli nomen Ministris Dei tribuitur, nisi ut quibus officio assimilatur illorum quoque puritatem & perfectionem imitentur? Sicut ergo Angeli semper vident faciem Patris, sic ambulant Sacerdotes continuò in præsencia Dei illumque mentis oculo contemplantur; ipsi ministrant assistendo, illi assistunt ministrando. Et sicut Angeli administratorii sunt spiritus propter eos qui hereditatem capiunt salutem: sic Sacerdotes præsint hominibus ut custodes & in viam salutis directores, ut mediatores inter Deum & ipsos, ut constituti à Patre tutores & actores, ut Cherub illuminati & illuminantes, ut Seraph accendi & accendentes. Ita nomine suo & officio dignos Sacerdos, tandem cum Seraphicis spiritibus & Angelicis omnibus choris poterit in templo gloriæ, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, &c.*

Gratias tibi, Domine Iesu, & mille millia gratiarum agimus, ac benedicimus te, benedicuntque te Sancti per sæcula sæculorum, quòd talem potestatem dedisti hominibus propter electorum tuorum salutem, ut eos æquales Angelis, Archangelis, Principibus, Potestatibus, Virtutibus, Dominationibus, Thronis, Cherubinis, Seraphinisque spiritibus. Sed nec ipsi eam nobis invident, quinimò & pro nobis hac de te gratias agunt, & te glorificant. Præsta interim per gratiam tuam, ut respondeant huic sublimitati, vitæ puritate, sanctitate, perfectione; illumina eos & accende tuo igne, tuâ scientiâ, tuo amore, ut possint coram te dignè stare, & aliis sancta sanctè ministrare, ac tandem post vitæ hujus mortalis curriculum, impleto jam suo ministerio, faciem tuam non amplius velatam tegmine sacramentali, sed revelatam & gloriosam contemplantari.

LECTIO IV. TRIPART.

Thema. Quosdam dedit Pastores, ad consummationem sanctorum; in opus ministerii, in edificationem corporis Christi. Ad Ephes. 4.

Pro congregatione Pastorum. Ex. se Apostolis, quos Pastores universo orbi destinatus erat, & cum eis jugiter locutum fuisse de regno Dei. Quid est verò quod locutus fuisse perhibetur de REGNO DEI? Loquebatur absque dubio de Regno Patris, de fruitione Divinitatis, de visione Trinitatis, de possessione Eternitatis, de viis

ae mediis ad illam pertingendi. Vltimus locutus fuerit perhibetur de REGNO DEI hoc est, de Ecclesia sua quæ Regnum Dei in sacris litteris nominatur, quia in ea regnat usque in finem sæculi per fidem, per spem, per charitatem, per gratiam sanctificantem, per dona & charismata Spiritus Sancti, per Sacramentum Eucharisticum. Loquebatur ergo de ejus propagatione & institutione, de ejus Sacramentis & Mysteriis, de ejus Hierarchia & Ordinibus, de Sacerdotio eorum & Ministerio, de animarum conversione & zelo, de Corpore suo vero & mystico. Quia de his omnibus debebant instrui antequam dispergerentur in universum Orbem. O quam jucundum de his cum supremo Magistro, & Pastorem, Sacerdotumque Principe agere, quamque suave colloquium, abstergens omnem tristitiam, quam de ejus acerba necesse & passione antea conceperant, confirmansque & accendens corda eorum ad qualibet pro ipso & pro electorum salute toleranda! Non alia de re convenit Sacerdotes loqui & Pastores; quam de Regno Dei, live inter se, exhortando se mutuo ad illa, quæ ministerium suum & salutem animarum sibi commissarum concernunt; sive cum subditis suis; elevando mentem eorum à terrenis ad celestia, à temporalibus ad æterna, loquendo de Regno Patris, de caelorum Regno, ad quod convocare debent omnes, & vitam ostendere ac præbere. Hoc est obligatio muneris & Sacerdotii eorum fovere spiritum Dei & Christi, & ex illo cum fervore peragere quæ suggerit: ac in aliorum aures & corda per sermonem sale conditum reserere.

Itaque meminisse debemus illius Apostolicæ sententiæ: *Dominus Iesus ascendit ut impleret omnia. Et ipse quosdam quidem dedit apostolos, quosdam autem Prophetas, alios Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi.* De his omnibus officiis & ministeriis Ecclesiæ suæ novellæ loquebatur ante ascensionem; & hoc erat loqui de regno Dei. Nos verò de his omnibus munitis participamus, & urinam id accenderemus, & ponderaremus in pondere sanctissimi Apostolorum enim sumus successeores, Prophetarum hæredes, Evangelici, ministerii consortes, Pastores & Doctores; ad Evangelii lætum nuntium promulgandum, ad docendum, & pasendum missi sumus, & nobis dictum est: *Pasce agnos meos.* Et quia simul eum officio Pastoralis laudes divinas decantandæ nobis committuntur, in quibus multæ Prophetiæ continentur, *Prophetare* dicimus & *Prophetæ* nomine gaudere possumus: eò quòd in sacris litteris *Prophetare*, idem sæpe sit quòd divinas laudes in spiritu canere. Hinc illud: *Num. 1. 18.* *quid Saul inter Prophetas?* Hoc de ipso dictum est, quia spiritu Dei in eum infusente, laudes divinas cepit occinere: in cetis scilicet eorum qui *Filii Prophetarum* dicebantur, eò quòd laudibus vacarent divinis.

Adver.

Advertendum autem hic dicitur *ipse quosdam quidem dedit Pastores*. Quia non solum in genere datur Pastores Ecclesiae? sed etiam in particulari omnis qui talis est ab eo debet constitui: *Domini est assumptio nostra, & Sancti Israel Regis nostri*. Incerim de multis verum est: *Ipse currebant, & ego non miterem eos*. Si autem ab ipso constituti sumus Pastores, ab ipso missi, ab ipso character signati, restat ut talentis & auctoritate coarctati in eius gloria & iuxta eius voluntatem fungamur, laudes divinas pie decantando, cum zelo salutis animarum pascendo, docendo omnes cum sollicitudine, rudes in struendo cum charitate, mysteria divina tractando cum devotione, laeta conscientia Deo servitico in spiritu & veritate.

Hoc certe fieri, si consideremus scopum officii nobis concediti, qui hic insinuat tripliciter ab Apostolo. Quare enim dedit Pastores? Respondet Apostolus:

- Proposito.
1. Ad consummationem sanctorum.
 2. Ad opus ministerii.
 3. Ad edificationem corporis Christi.

Explicio singula, ex quibus luceat finis & obligatio muneris nobis commisi.

Pars I. **P**rimo dicit Pastores datos esse ad consummationem sanctorum, quod dupliciter potest intelligi, ut scilicet consummemus sancta, vel ut condamur summemus sanctos; sed uterque sensus in idem redit. Quid est edificare & consummare sancta, nisi cooperari edificando Sanctuarium Dei & Templum quod crevit sanctum Domino, donec perficiatur & consummatur? Qui sunt lapides aedificii huius sanctae Templi, nisi electi qui jam ab aeterno designati sunt in mente Dei, & in Monte sancto eius preparati, ut huic structurae serviant? Semper autem edificatur haec Ecclesiae structura sancta, ut crescat in Templum sanctum Domino, nec ut Typicum Templum septem annis perfici potest: nec ut illud certa loci dimensione coarctatur, sed toto orbe dilatatur, totum postmodum caelum impletura. Non deerunt Operarii in haec usque saeculi qui structurae huic sanctae cooperentur, sive qui Sancta haec perficiant & consumment, colligendo lapides vivos & electos, & disponendo suis locis permanentes sacris aedificiis, post positionem perunctiones & pressuras, per manus supremi artificis. Hic malleus & securis diversarum afflictionum ac poenitentiae percussio auditur, quae postmodum non audietur, dum transferretur hoc aedificium in locum aeternum post consummationem saeculorum, quando Sancta erunt perfecte consummata, numero electorum adimpleto. Qui vero sunt hi Operarii Deo semper cooperantes, nisi Ecclesiae Pastores, edificantes supra fidem & fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo Angulari Lapide Christo Iesu? Quapropter hortatur Apostolus ut sint Operarii inconsumptibiles. Ergo, Fratres, attendamus diligenter ad

hoc Templum sanctum, & ad opus nobis commissum: aedificemus supra fundamentum fidei, supra fundamentum Apostolorum, colligamus lapides, adjuvemus electos, cemento charitatis indissolubili eos conjugamus & conglutinemus, imò & sanguine Christi coagmentemus, ut perficiatur tandem haec Dei structura, Dei aedificatio, & Sancta haec consummentur nobis cooperantibus ad voluntatem supremi Artificis, & ad normam nobis ab eo praescriptam: *Ingenus haec Angelica, imò divina est dignitas, Dei cooperatorem fieri in conversione animarum, divinamque, in se operationem palam cunctis ostendere, ait S. Dionysius coelest. Hierarch. c. 3.* De hac re dixit Apostolus *Dei enim sumus adiutores; Dei aedificatio est.*

Ceterum idem esse diximus Consummare Sancta & consummare Sanctos, hoc enim est perficere consummare Christianos, sive adjuvare illos, ut per peccatum re-sancti prolapsi restaurentur, reparentur, revocentur ad sanctitatem, meritisque compleantur & perficiantur, donec percipiant ad numerum & consummationem, sive completionem, sanctorum & electorum Dei; quem impleri numerum ac consummari expectant beati, ut & ipsi consummentur accepta duplici gloria, corporis scilicet & animae, quasi duplici & consummata stola. Hinc Martyribus in Apoc. dicitur: *Expectate modicum, donec impleantur numerus Fratrum vestrorum. Modicum vocatur saeculum hoc respectu aeternitatis. Nos ergo cum Angelis mittimur, ut numerus ille compleatur, ut jam diximus: & ideo usque in finem saeculi non solum Angeli, sed & Pastores mittuntur: quia non sine nobis consummabuntur electi, nec repositionem accipient consummatam. Hoc ergo vult Apostolus, dum dicit: *Quosdam dedit Pastores Levit. 11. & consummationem sanctorum*, hoc est ad perficiendo Christianos, qui in scriptura passim sancti vocantur, quia ad sanctitatem vocati. Cor. 1. Ecclesia quae est Corinthi vocata sancti. Et iterum: 2. Cor. 1. *Paulus Ecclesiae quae est Corinthi cum omnibus sanctis qui sunt in Achaia*, id est cum omnibus Christianis.*

Quod si omnes Christianos ad sanctitatem vocare debent Pastores, & quantum est in ipsis eos perficere; quanto magis curam debent habere de seipsis, ut ad sanctitatem & perfectionem contendant, quibus toties repetitur & specialiter inculcatur: *sancti estote quoniam ego sanctus sum*. Hoc nobis Dominus in clamat quotidie per sanctitatis symbola quae jugiter tractamus. Hoc nobis libri sancti, Templi sacra, Arc consecratae. Vasa corporis & sanguinis Domini, Casula, Alba, Stola, & cetera Altaris ornamenta, imò & Vestis ac Corona nostra in clamat: sicut ut sumus inexcusabiles, si neglexerimus; Triplici quia & haec contra nos testimonium sunt datum Angelico ra. Sane vocati sumus ut consummemus sanctos ministerio triplici Angelico ministerio, purgandi scilicet, illuminandi perficiendo: haec enim sua triplicia Angelica officia, teste S. Dionysio. In hoc ergo rota beati.

debet esse nostra sollicitudo, totus animus, tota attentio & contentio. Sed primum nos purgatos esse convenit, illuminatosque ac perfectos, sive ad perfectionem aspirantes. Quomodo enim purgemus fordidum, illuminemus obscuros, perficiamus imperfecti? Qualis confusio, si reprobemur, qui ad electorum salutem destinamur? Si sumus *Lapides Sanguarii dispersi per plateas*, & in luto jaccantes ac conculcati, qui alios debemus colligere & ædificio sancto aptare? Si sumus *Mirci à sinistris collocandi*, & *subditi nostri Oves à dextris?*

Tbren. 4.

Pars II.
Quomodo Pastores dati sint in opus ministerii.

Secundò dicit Apostolus Pastores datos esse in opus ministerii, hic est alter scopus nostri officii. Vocari scilicet sumus non ad opes, sed ad opus; non ad honorem, sed ad onus; non ad delicias & voluptates aut ad ocium, sed ad opus & negotium, & quidem negotiorum maximum. Ergo satagamus ut per bona opera, vocationi nostræ congrua, certam nostram vocationem & electionem faciamus; sic enim abundanter ministrabitur nobis introitus in regnum Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, qui est Princeps Pastorum, à quo Coronam immarcescibilem expectamus, & consummati ædificii Coronidem. Interroga te sæpè ò Sacerdos & Pastor, quod à Iona Propheta querebant Navis gubernatores. *quod opus tuum? que terra tua? de quo populo es? aut quò vadis?* Vtique de populo Dei electio es. De cælo es, non de terra. Potestas tua tota cælestis est; talis debet esse & conversatio. Quò vadis, sive quam ibis viam, ut ad populum tuum regrediaris? Quod opus tuum? Ad opera tua tuæ correspondent professioni & vocationi? Quid facis? Quid hætenus fecisti? Attende singula, & time illud quod cuidam Ecclesiæ Pastori dicitur, *Scio opera tua. Esto vigilans, non enim invenio opera tua plena coram Deo meo. Qui habet aurem audiendi audiat. Si accideris quod in opus ministerii vocatus sis, & quidem ministerii sublimis, sollicitior eris, simulque humilior & timorator. Opus tuum opus ministerii est? Noli altum sapere, sed time.* Opus ministerii est, ministerium cogita, & obligationem attende ministrandi cum timore & puritate & humilitate. Nihil à te propter te & per te agitur, sed propter gloriam Patris & Filii principali & summo Sacerdote perficitur, te cooperante, & ab illo motum, vitam, gratiam, potestatem & virtutem participante. Ipse in te consecrat sanctificat, absolvit, docet, pascit. Illum cogita, illum vivâ fide apprehende in te & per te operantem, sic rectè perages. *Opus ministerii in spiritu veritatis, & spiritu humilitatis. Cave igitur suscipere benedictionis ministerium vertere ad ambitionis argumentum. Esto inter Operarios inconfusibiles, non inter operis inter turbatores, quia Operarii multi, pauci veri Operarii; multi Sacerdotes, pauci Sacerdotes, multi Pastores, pauci Pastores. Rectè enim dixit S. Hieronymus hunc interpretans locum ad Ephesios 4. *Si quis non ædificat Ecclesiam**

2. Pet. 1.

Ion. 1.

Apoc. 3.

Rom. 11.

*Christi, nec subjectam sibi plebem instruis, ut de subiecto populo Christi Ecclesia constratur, iste nec Apostolus, nec Propheta, nec Evangelista, nec Pastor, nec Magister est appellandus. Hæc S. Hieronymus. Propterea illud etiam inculcat Apostolus monens Timotheum discipulum suum, & in illo erudicas Sacerdotem ac Pastorem, MINISTERIUM TUUM IMPLERE. Atque ipse de se dicit: *Ministerium meum. Ego honorifico, quamdiu sum Genitum Apostolus.* Implere ministerium, quid aliud est, quam perfectè fungi docendi, pascendi, & regendi officio? Honorificare ministerium suum idipsum est, honorifice scilicet peragere quæ sibi commissa sunt, & sic Spartam adornare quam quisque nactus est. Hoc animus monemus cum Apostolo Pastores dum dicimus, quòd eos Deus dederit in opus ministerii.*

Tertio dicit Apostolus Pastores datos in ædificationem corporis Christi. Ac primum quidem corpus Christi verum quâdam ratione ædificare Sacerdos dici potest in consecratione, dum ex pane illud integrum cum omnibus membris suis, vivumque & immortale in altari præfens facit per verba mystica & arcana. Si enim de luto dicitur formasse Adam inspirans in faciem spirituum vitæ; & de costa ædificasse Evam; non ab illi modo potest dici Sacerdos consecrans formare & ædificare corpus Christi verum; cum hæc per Sacerdotem facta productio non minor sit virtus, quam prior illa. Et utraque à Deo sit spiritu suæ potentie principaliter; hæc autem posterior etiam à Sacerdote ministerialiter, ita ut per ministerium suum producat secundum Adam panis transsubstantiatione in illum, sicut primus Adam productus luti conversione in ipsum, factusque prodiit in animam viventem, per spirituum vitæ.

Sed loquitur Apostolus de corpore Christi mystico, dum dicit Pastores datos in ædificationem corporis Christi. In Republica diversi status constituant unum corpus politicum, quia unusquisque applicatur per suum officium, opificium, aut artificium, operatur ad Republicæ constitutionem, utilitatem, necessitatem, & nisi forent diversa opificia & officia, non staret Republica, unde ultra Primores requiruntur in ea ædificatores: Malleatores, Agricultores, ovium Pastores, & animalium Custodes ac alii Artifices. Hinc Abel fuit Pastor ovium ab initio, Cain Agricola, Tubalcain Princeps Malleatorum, Iubal Pater canentium cytharæ & organo, Iabel Pater habitantium in tentoriis, atque Pastorum omniumque ædificantium tabernacula. Sic in Ecclesia diversi status, functiones variaz, variazque officia, constituunt unum corpus mysticum, cum mira harmonia & concordia resultante ex hac varietate benè ordinata; ita ut licet sit distinctio & multitudo, non tamen propterea sit confusio, sed potius unitas & communis concordia, quia omnia tendunt in unum eundemque finem, in laudem

dem scilicet Dei, & in opus ministerii. Sic & in Angelica natura diversæ Hierarchiæ, & diversi Chori unitatem constituent in glorificatione Dei, sicut diversæ choriæ unam harmoniam in concentu musico. Sic & globi caelestes diversi sunt, & quolibet cursum suum peragente, omnes etiam simul ad unius primi mobilis revolutionem volvuntur. Imò in elementis distinctio eorum, & quædam qualitatem diversitas facit concordiam mixtorum. Denique Apostolus unam harmoniam in concentu musicæ, quæ cum distincta sint & diversa, & diversis functionibus apta, unum naturale corpus constituit, & sub uno capite coordinatur in totius corporis commoditatem & pulchritudinem. Propterea ergo dicit quod Deus dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam Evangelistas, Doctores, Pastores, in ædificationem Corporis Christi. In ædificationem scilicet Corporis Christi mystici, cujus corporis præcipua membra sunt Pastores & Sacerdotes. Hi enim sunt Oculi corporis hujus, & Lingua, & Dentes, & Aures, & bra præcipuas sunt Manu, & Crura, & Pedes: Sunt Oculi, quia per illos videt, & sibi circumspicit. Sunt Lingua, quia per illos loquitur & docet. Sunt Dentes, quia per illos panem frangit, masticat, & in Corpus trahit, ac in os parvulorum inserit. Sunt Aures, quia per eos audit, confessiones excipit & gemitus penitentium. Sunt Manu & Brachia, quia per illos operatur, & ministrat omnia necessaria. Sunt Crura, quia per illos totius corporis firmitas consistit. Sunt Pedes, quia per illos ambulat, ut evangelicet pacem & salutem his qui longè sunt. Sed utinam multi inter hos non sint membra idoli: Oculi non videntes: Aures non audientes: Lingua non loquentes: Manu non operantes: Pedes otiosi & non ambulantes. De idolis nempe scriptum est: Oculi habent & non vident. Aures habent & non audiunt. Manu habent & non palpabunt, Pedes habent & non ambulabunt. Os habent & non loquentur. Utinam, inquam, hoc neutiquam in illis verificetur. Sed audio Prophetam de nonnullis conquerentem, & exclamantem: O Pastor & idolum! O quam verum est etiam modò illud de nonnullis Pastoribus functiones suas negligentibus, nec spiritum vitæ habentibus, cum tamen velint coli & quasi adorari instar Idoli! Sed tu, ô Christe, membra tua spiritu tuo vivifica, ut non Idoli membra arida & mortua, & per illa Ecclesiam tuam, Corpus tuum mysticum, vivifica perfrice, ædifica, consumma. O Pastor bone, Pastor Pastorum, pascere illos, pascere per illos Illumina illos, ut sint oculi vivi & vigiles, illumina cætera membra per illos. Loquere illis, loquere per illos efficaciter verbo, daque rectum sermonem in ore eorum ex recto corde produentem, & in aliorum corda sese refundentem. Da ipsis virtutem operandi, ut non sint otiosæ manû, atque emunda manus itas ab operibus mortuis, ad serviendum tibi Deo viventi, & vivendum Deo, Da eis cor purum & accensum spiritu zeli & fervoris, ut officiis

omnibus satisfaciant plene, ut Sanctos perficiant, sancta instaurent & consumment, opus ministerii sui ritè & sedulo peragant, corpusque tuum mysticum ædificent, donec te in corpore tuo vero & glorioso videant in æternis Tabernaculis, & in Sancto Sanctorum, ubi tu habitas laus Israël per totam æternitatem.

Sed concludo, & extremum hoc verbo evangelico vos alloquor, ô Pastores Gregis Domini! Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut glorificent Mat. 5. Patrem vestrum qui in Cælis est, videntes opera vestra bona. Ita eluceat, quod dati estis à Deo in ædificationem Corporis Christi. Alioquin, quæ potest esse ædificatio, dum frequenter Pastor cernitur remulcatus, aut comotationibus & commellationibus, aforæ & ebrietati deditus? Quæ potest esse ædificatio, dum cernitur Pastor contentiosus, arrogans & superbus? Quæ potest esse ædificatio, dum cernitur Pastor totus mundanus, in verbis salax & impurus, in conversatione impudicus? Quæ potest esse ædificatio, dum audit avarus, congregare avidus, ideoque & sordidus? Quæ potest esse ædificatio, dum cernitur Pastor vindictæ cupidus, impatiens, iracundus, in juramenta & voces clamorosas pronus? Quæ potest esse ædificatio, dum cernitur Pastor ignavus & ignarus? Certè hinc non est ædificatio Corporis Christi ad quam vocati estis, sed potius illius destructio. Misera Sacerdotes, converfatis, plebs Dominice sit miserabilis. Evg. sub verso, inquit mellifluus Bernardus. Itaque Fratres, quia restis est mihi Deus, quomodo omnes vos cupiam in visceribus Domini nostri Jesu Christi, per illa viscera obsecro & obtestor, ut ædificetis Ecclesiam Dei, Corpus Christi, opere & sermone, exemplo & instructione, pietate & spiritu, charitate & puritate, vigilantia & sollicitudine. Sic perficite Sanctos, sic vos ipsos purgate, illuminatè, perficite usque ad consummationem Sanctorum, sic opus & ministerium vestrum implete. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, ut probetis pauciora, ut sitis sinceri, & sine offensa, in diem Christi, repleti fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam.

LECTIO V.

Thema. Obsecro, ut dignè ambuletis in vocatione quâ Procongregati estis, &c. Eph. 4.

CVm mei sic muneris in hac Congregatione Capitulari pauca proponere, adorationis Explicantiæ gratiæ, de his quæ nostrum concernunt institutum tur hic & statum, quibus vos efficacius & salubrius allobreviter quæ verbis, quam his ex Apostolo Paulo de prom. primariâ ptis. Obsecro vos, Fratres, in Domino ut dignè ambuletis in vocatione, quâ vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes & obligati in vicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Innum corpus & unum spiritus, rum: Eph. 4. sicut

Corporis Christi mystici membra sunt Pastores & Sacerdotes

Multi Sacerdotum sunt membra idoli. Ps. 13.

Zach. 1.

sicut vocati estis in una hęc vocatione vestre. Apoc-
 roli pectus plenum zeli & charitatis sic se effunde-
 bat adhortans Ephesios, & in illis omnes erudicens
 fideles. Maxime autem nos his erudiri verbis de-
 bemus, qui supra Christianos plebeios & popula-
 res hoc eminentiæ habemus, quod Ecclesiastici &
 Canonici nominemur, de Clero sive de Sorte Do-
 mini connumerati; quodque plerique nostrum et-
 iam Sacerdotali dignitate & Ordine sint insigniti.
 Hi soli Tituli honorifici Ecclesiastici, Canonici
 Sacerdos, affatim nos edocere valent, quæ sit voca-
 tio nostra, quod munus, quæ obligatio, si illos in
 pondere & siculo Sanctuarum ac mentis nostræ æquã
 lance expendere voluerimus.

Cur censeamur de sorte Domini & Ecclesiastici dicamur.

Primò quidem, quid est quod de Sorte Domini censeamur ac Ecclesiastici vocemur? Certè non ob aliud nomen istud accepimus, nisi quia obsequio Domini sumus destinati, in Congregationem sanctam ad divinas laudes decantandas institutam cooptrati & conjuncti. Quid significat nomen Ecclesiæ, nisi idem quod Congregatio sacra? Sic nomen Ecclesiastici antonomastice & per excellentiam appropriatum est his qui ad functiones sacras destinati sunt, & in Sortem Domini specialiter vocati, ac à populo communi separati. Hi constituunt nobilem illam Reipublicam partem Christianæ quam Deus vocat Sortem & Hæreditatem; & cui etiam Deus debet Sors esse & Hæreditas. Interpretemur ergò nomen istud nostrum, sed & rem nomine illo indicatam assèqui enitamur, ne sit titulus inanis, & nomen vacuum laudis, vacuum veritatis. Ab sit, ut simus similes valis Apothecariis; quæ in sublimi loco posita titulos speciosos aromatum pretiosorum & rariorum præferunt; ac inus vacua sunt, & quid continere deberent solum indicant. Hoc ipsum illis contingit qui titulum gaudentes honorifico Ecclesiastici & Canonici, illo extolluntur; virtutibus autem titulo correspondentibus in veritate carent, & rei per nomen suum significatæ inanes sunt & vacui. Interim hi sine fructu existentes, inhiant Ecclesiastici beneficii fructibus, ut opes colligant & honores; qui quidem fructus amari postmodum redduntur, & obstupesciunt eorum dentes velut uvæ acerbæ, dum exiguntur rationes vocationis suæ.

Gen. 34.

Dolendum certè, quòd non pauci inveniantur Ecclesiastici & Canonici similes habitatoribus Sichem, de quibus scriptum est quòd circumcissionem admiserint sicut & Israëlitarum, ut de eorum bonis participarent; inquebant enim: Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes, Muli Ecclesiasticorum & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt. Sic cogitant plerique: Si circumciderimus nos, si statum susceperimus Ecclesiasticum, si veritè circumciso de Clero censeamur, poterimus ad beneficia pinguia pertingere, & honorificum statum fovere, de Ecclesiæ redditibus participantes. Hi ergò se circumcidunt crine, non ad relegationem per id significatam terrenorum,

aut ad eorum contemptum: sed potius ut ad illam viam sibi sternant, Coronæ suæ & circumcissionis, sive vocationis parum memores. Hi castrent se non propter regnum cælorum, ut Evnuchi Evangelicis; sed propter regnum terrenum. Hi non sunt verè de Israël, hoc est de generatione quærentium faciem Domini, nec de Clero, sive de Sorte Domini; sed de generatione quærentium sortem terrenam, & in ea felicitatem constituentium, quærentium quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Sicut ergo circumcisio haud profuit Sichemitis, qui iustitiam Dei permissio, intermissione delicti sunt: sic nec his proderit veritè circumcisio, & status Ecclesiastici assumptio, nisi ad mortem animæ, & ad decus æternum in tormentis: eruntque fructus quos collegerunt, quasi ligna coactervata, quibus acriter in futuro puniantur, quia his fuerint abusi, nec secundum vocationis suæ exigentiam impenderit.

Sed de aliquot primariis & propriis muneribus Ecclesiasticæ & Canonice vocationis hic dicemus. Ac in primis notum est Ecclesiæ confitio, non nos obstringi ad officium laudis divine, non solum privatim in domo, sed etiam publicè in choro; censeari enim debemus de illis quibus Rex & Propheta dicit: Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia sanctorum: Letetur Israël in eo qui fecit, & exultent filii Sion in Rege suo, laudent nomen ejus in choro. Hoc ergo est primum munus canonice vocationis, Officii divini recitatio; idque omnino enitendum est, ut quæ decet pietatè & reverentiâ, cum interiori, tum exteriori peragatur: nam & ideo Officium divinum nuncupatur vel ipso hoc nomine nos monens, quomòdò in illo nos gerere debeamus. Non itaque sufficit cursim vel perfunctoriè vagà mente illud persolvere, quandoquidem illud Apostoli à nobis implendum sit: Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente. Quod ipsum monemur à Palmographo: Psallite Deo nostro, psallite: Psallite Regi nostro, psallite sapienter. Ideo toties repetit Psallite, quia non sufficit lingua & voce, sed & animo & corde oportet Regem nostrum, Deum nostrum, psallendo collaudare, & laudendo benedicere. In præsentia illius oportet psallendo stare, qui non solum servatur voces, sed & corda & renes: ideo nec Syllabæ obiter percurrendæ, & syncopepandos cursim & festine sunt pronuntiandæ, nec cor debet à labiis longè esse & voce. Ille profectò attendendus est qui est major omni laude, nec unquam longè est à nostro corde. Hic jubet ut psallamus ei sapienter, hoc est sapidè & scienter, sive cum scientia vocis, cum sapore devotionis; cum fructu suavi orationis. Quod explicans S. Bernardus, sic monet: Immolantes Hostiam laudis; jungamus verbis sensum, & sensui jungamus affectum: hoc tractemus mente, quòd cantamus voce.

Quod si pressius examinemus hoc Officium laudis

des cantandi divinas, Angelorum esse Officium invenimus. Hi enim divinx laudis assidui sunt pracones. Ac recte de illis intelligitur illud, Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die & nocte non tacebunt laudare nomen Domini. Idem est ac si diceret Dominus Ecclesie suae, quae hic nomine Ierusalem designatur. Vide quos Custodes, quales Excubitores & Vigiles in muris & turribus tuis constituerim; tales nimirum qui numquam obdormifcent, nec sopore suo tibi confusionem adducunt: sed pervigili oculo hostes adventantes prospiciunt, ut te protegant; simulque Regem tuum ac tuum laudare non desinant nocte dieque sine ulla intermissione.

Isaia. 62.

Angeli perpetuo Deum laudantes sacerdotibus imitandi proponuntur.

Au non hi Ecclesie Custodes & Vigiles. Angelici sunt spiritus? An unquam hi cessant a divina laude vel die vel nocte? Profecto hoc unicum est eorum negotium, hoc totum otium, Dei encomia celebrare. Hos ergo pro modulo nostro imitari convenit, qui Choro sumus destinati, ut alteris verbis & vocibus septies in die laudes persolvamus, quasi nocturnum diurnumque pensum. Quocirca Thomas a Kempis Vir pierrillimus & sapientissimus explicans quid sit Chorus & docens quomodo in eo conversandum sit, sic disserit: Chorus est Dei & Sanctorum Angelorum locus. Sicut Angeli in Caelo, sic ministri ordinati sunt in Choro. Opus Angelorum est semper Deum laudare: opus Canonorum est intentam mente psallere & orare. Ego ergo in Choro quasi in medio Angelorum, & cum quibus psallis in terris, spera te cantaturum quandoque & in caelis. Sic monebat Vir ille sanctus.

Sed & ulteriori consideratione dignum est, cum divinas laudes persolvimus, id fieri a nobis totius Ecclesie nomine, totiusque populi Christiani, immo totius creaturae, quae si vocem haberet, optaret eius laudes semper annunciare. Supplementum quoque laudem illam quam ei denegant Infideles, Haeretici, Reprobi, Maledictiones voces quas in eum intorquent compensamus hac frequenti laude. Haec igitur vocatio nostra, hoc munus Ecclesiasticum & Canoniale, seu fideliter debemus incumbere, non praecipitanter non aride, non torpide; quandoquidem in conspectu Dei & Angelorum, in oculis Iudicis & Vindicis omnia contemplantis peragatur, & ex spiritu totius Ecclesie debeat peragi. Videndum ergo ne in illud Propheraz incurramus: Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Videndum inquam, ne pro benedictione maledictionem reportemus, quia hoc est Opus Dei & Benedictio Dei quae si cum neglectu peragitur, maledictioni nos obnoxios reddit. Alia Lectio habet: Maledictus qui facit Opus Dei fraudulenter. Profecto si non obimus officia, divina, ut par est, Deum quodam modo fraudamus laude, Angelos exultatione, Ecclesiam devotione, nos ipsos fructu, beneficiorum Fundatores pia intentione, Patrimonium Crucifixi suo sine; ideo non miramur

Hier. 4.

Biblia nostra.

si hoc in caput nostrum revolvatur, & nos involvas maledictione.

Secundum munus Canonice vocationis est vacare lectioni sacrorum librorum, & a negotiis secularibus se subtrahere. Etenim nos concernit illud Apostoli: Attende lectioni & doctrinae. illud quoque: Nemo militans Deo implicat se secularibus negotiis, ut ei placeat cui se probavit. Quantum ad doctrinam & lectionem sacram illa necessaria, tum in ordine ad directionem propriam, tum ad consilium etiam aliis dandum, tum ad spiritum pietatis fovendum. Hinc & Canonici nuncupamus, quod Legum & Canonum periti esse debeamus, & illorum observationem profiteri. Revera ob imperitiam Ecclesiasticorum Virorum, & ob neglectam disciplinam a Canonibus praescriptam in Clero & Collegiis Canonialibus multa prodire mala, multaque haerese quae Ecclesiam divexarunt, atque etiam modo divexant. Etenim haeretici involarunt in beneficia & census Ecclesie, illaque impetrarunt a Principibus jam eorum doctrinae correptis, asserentes eos qui de Clero erant illis indignos esse ob imperitiam, ob vitam pravam, ob disciplinam neglectam & pietatem contemptam. Interpretentur ergo Canonici hoc nomen Nomen suum & videant an vocationi & nomini correspondenter se gerant; an Canonum lectioni & ob quid a sua servationi sese addicant, an salutis & pietatis scientiam se sentiant; an non potius otio sese dedant & inertie, quae multorum malorum focunda Mater est & Noverca Virtutis. Quali non sit a nobis stricta ratio exigenda temporis, in nescio quae illud disfluere promittimus. Quare monet nos S. Ambrosius: Cur non illa tempora quibus ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum tunc audias? illum alloquimur, cum oramus: illum audimus, cum divina legimus oracula. Quid nobis cum fabulis Ministerium altari Christi non hominibus deferendum accepimus. Haec S. Ambrosius, a nobis attentè audiendus. Sic & olim monebat Radulphus Vir pietate & doctrina spectabilis Decanus Tungrensis libro de Observat. Prop. 8. Omnes Ecclesiastici ad librum psalmodiarum per diligens studium meritò se debent transferre, ut ea quae tenentur quotidie orare & psallere, discant intelligere: & sic intelligendo gustent interiore gustu dulcedinem ipsius sapientiae, salutaris scilicet libri laudis divinae. Certè indignum est, quod Canonici quotidie scripturis sacris, & Psalmis recitandis sint adstricti (nam Breviarium Compendium est sacrae Scripturae; & historiarum Ecclesiasticarum) & tamen numquam vel Interpretem aliquem saltem in Psalmos legerint, vel eloquii divini saltem rudi modo intelligendis operam dederint. Quasi hoc eos non concerneret, malunt tempus impendere nonnulli vel confabulationibus inanibus, vel rumoribus audendis & vulgandis, vel etiam aleis & taxillis lufibusque chartaceis, vel denique commellationibus & poculis, De quibus omnibus & strictam exigimus

Alterum munus Canonorum est sacrae lectioni vacare. 1. Tim. 4. 1. Tim. 2.

Ambr. Offic. l. 1. c. 20.

ratio

rationem, quia tempus istud doctrinæ vocationem nostram concernenti & libris sacris impendere debueramus. Hi enim libri, teste Thoma à Kempis, docent ignaros, arguunt otiosos, excitant torpentes extimulant dormientes, corrigunt errantes, erigunt corruentes, terrent ridentes, consolantur lugentes: laudant humiles, vituperant superbientes, confortant debiles, reprimunt præsumentes, mitigant turbatos, lætificant tristes, iustificant pios, damnant perverfos. Illud quoque verum est quod ipse ait cap. 6. *Doctrinæ juvenem: Ecclesiasticus sine libro, miles est sine armis, equus sine freno, navis sine remis, avis sine alis, viator sine baculo, cæcus sine ductore.*

Quod verò sese à negotiis sæculi subtrahere debeant qui de Clero sunt, non solum Apostoli monitum est, qui Deo militantes illi soli jubet servire cui se addixerunt, illique soli placere: sed etiam id ipsum Canones sanxerunt, Clericis negotiationem interdicentes. Sed, heu! nonnulli hocævo de altari videntur facere mensam nummulariorum, & de domo orationis domum negotiationis. Ita enim lucro additi sunt, & ad rem sæculi attenti, ut si Dominus rursus adveniret in templum, ementes & vendentes ejiciens, & mensas nummulariorum evertens, hi de eorum numero ejiciendi essent. Ab altari vestes superfluas, sed & domos & agros, & vineas, & hereditates sibi coarcent

Multi clericorum imitantur Giezi famulum. *instar Giezi; ideoque & lepram ejus participant. Cum superflua in pauperes erogare teneantur, bona bonis accumulunt non sine lepra peccati, propterea potius Gieziæ quam Canonici vocari deberent.*

Tertium vocationis nostræ munus est in conscientia omnimoda puritate Deo servire, & bono exemplo omnibus esse, ut *Christi bonus odor simus in omni loco.* Hoc & vocatio Ecclesiastica, & Canonici, & Sacerdotalis, five sacri ordinis, à nobis exposcit. Cum ergo plerique nostrum vel sacerdotio vel ordine sacro insigniti sint, obligationem illam puritatis expendant, cum qua sacrosanctis mysteriis assistere debent & participare; attendant quid Deo, quid sibi, quid proximo debeant: Deo honorem & gloriam, sibi conscientia puræ testimonium, proximo boni odoris procurent exemplum. Quocirca illud Apostoli ruminent: *Non in commensationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in contentione & emulatione, sed induimini Dominum Jesum Christum. Fugienda comotationes & symposia ad ebrietatem viam stercientia, quæ cum crapula generant mentis corporisque habitudinem officio & ministerio nostro sanè quam perniciosam. Illa enim aggravat carnem ampliat mentem, distrabit animum, evacuat devotionem, opprimit pietatem, dejicit cor, nec illud ad cælestia erigi permittit, totum denique corrumpit hominem interiorem & exteriorum. Qui igitur vult dignè ambulare voca-*

tione sua, fugiat ebrietatem, fugiat afortiam, crapulam fugiat, quæ Spiritum Sanctum fugat, sicut apes fumum, ait S. Basiliius; & ministerium nostrum decurpat, noxia animo & corpori, ac scandalosa plebi. Agnoscamus nos ministros Christi, non Cæceris non Bacchi.

Sed & maxime statum Canonicalem & Sacerdotalem dedecorat incontinentiæ macula, aut conversatio suspitioni obnoxia. Super pellicium candidum quod quotidie gestamus, numquid castimoniam puræque conversationis nos admonet? Ergo omnis conversatio femineæ sexus suspecta vel in domo vel foris cavenda penitus; quia Ecclesiastico statui & Canonicorum honori maculam inspergit difficillimè eluendam. Si opus est mulieris ope ad ministerium domesticum, sit castitatis probatæ sit ætatis provectæ, sit conversationis nullo modo suspectæ.

Adverte S. Chryzologus serm. 18. quod in domo Petri ministrabat femina Christo & Petro, sed femina jam anus, & ipsa quidem Petri socius. Nulla ibi nidiula famula, aut calami strata verula. Audiamus verba ipsa Chryzologi, sic enim ait: *Et Petrus & Christus mulierem agebat obsequio, & mulieris provectæ ætatis, summe senectutis. Sic in domo Petri non erat verula; ideoque sacra Petri sanctorum, ut ministraret. Docentur itaque Ecclesiastici, ut in suo famulatu non inveniantur adolescentula, nulla vel femina quam non commendet senectus vel ætas provectæ, ne forte maculam aliquam contrahant in conscientia, aut certè in fama. Sicut solliciti sumus ne candida & in ea nostra vestis Canonicalis, quam in officis decantandis gerimus, labè contrahat aut foeditatem: sic multo magis advigilandum nobis est, ne candor castimoniam, aut famæ, inficiatur vel periclitetur in aliorum saltem opinione. Illud ergo rememorandum crebrius: *O ignis infernalis luxuria, ejus materia gula, ejus summa superbia, ejus scintilla prava colloquia, ejus cinis immunditia, ejus fumus infamia, ejus fœcus gehenna!* Quartum vocationis nostræ munus est sinceram charitatem fovere, & vinculo veræ pacis sese colligare. Hoc est quod signanter expressit Apostolus, qui cum humilitatem & mansuetudinem commendasset, addit: *Cum patientia supportantes invicem solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestre.* Si hoc omnes concernit fideles, quantum magis speciales & primarios Ecclesiæ Filios in unum Canonicum Collegium colligatos, quasi Fratres & Alumnos ejusdem familiæ, ejusdem Patrimonii Crucifixi participes, ejusdemque Corporis membra. Debemus ergo bis omnibus titulis eodem spiritui in charitate. vera animari, unanimique consensu ferri ad ea que concertant gloriam & obsequium Dei, uno humero ei servire, uno ore eum benedicere, uno corde eum diligere, & omnes nos in illo. Non itaque deest invicem dissidere, non invidere, non irasci non*

LECTIO VI.

Thema. *Provideat Dominus Deus spiritum omnium carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit intrare, & exire aut eos, & educere eos vel introducere. Num. 27.*

In electio- ne alicujus pralati.

Rom. 13.

non mordeat, non verbis acerbioribus aut detra-
ctoris consumere, sed sicut se mutuo juvant mem-
bra ejusdem corporis, & sibi vicissim vel compa-
riuntur vel congruantur sic & convenit ut nobis
mutuo consilio simus & auxilio, alter alterius onera
portantes; & si quæ quandoque offensiones, in-
firmittates, imperfectiones occurrant, cum pacien-
tia & lenitate sufferendæ sunt, exhortando nos ad
meliora & perfectiora, attendendo illud Apostoli;
*Non in contentione & emulatione, sed in animi
Dominum Jesum Christum.*

Revera Dominus Iesus Christus, qui ubiq; no-
bis ut exemplum & forma virtutis proponitur,
cujus omnis actio nostra est instructio, nihil ita
commendavit suis Discipulis & Collegiis, ac dile-
ctionem mutuam, pacemq;. Illam vivens proprio
ore sapientissime inculcavit. Illam moriens testamen-
to illis legavit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam
do vobis;* in hereditatem scilicet & patrimo-
nium, non more parentum hujus sæculi, qui sæ-
pè in hereditate lites relinquunt inter Fratres.
Pro illa quoque impetranda ipsi, Patrem orabat
pauidènter quam ipse transiret ad Patrem, obnixè
rogans ut ipsi unum essent: Et coram ipsomet as-
seruit, hoc fore symbolum quod verè discipuli
essent, si sese invicem diligerent, non carnali so-
lum affectione & amicitia, quæ in poculis aut a-
liis corporalibus obsequiis quandoque cernitur;
sed solida charitatis dilectione, in Deum & salu-
tatem mutuam ordinata. Itaque quandoquidem nos
in eodem Collegio colligati Canonice vivere
profitemur, & discipulorum Christi locum tene-
mus, formamque vivendi ab eis & in eis habemus,
hoc legatum preciosum, hoc legatum pretiosum
pacis & dilectionis non negligamus Contentio-
nesque omnes, quas & Dominus furtim irrepentes
in Collegium Apostolicum eliminavit, planè
& nos inhorreamus, ut possimus dicere cum Apo-
stolo: *Si quis autem vult contentiosus esse, nostram
consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei. Procu-
l ergo à nostro collegio Choritas, sive hi qui
sunt de contradictione chore, tumultuarii, litigiosi,
contentiosi, sicque sese & alios turbidè involventes.
De his loqui videtur S. Iudas in epistola sua
dicens: Hi sunt murmuratores, quæralosi, secundum
desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur su-
perbia. Quare concludo cum Apostolo: De cætero
Fratres.*

1. Cor. 11.

Convenistis Reverendi ac Venerabiles Do-
mini, ut è vivis sublato, & viam universæ
carnis ingresso, Radmodum Viro. N. Pralato, seu
Decano vestro, sufficiatis in ipsius locum aliquem
de gremio canonica ac sancta electione. Profectè
negotium istud non exigui censendum est momen-
ti, si in lance & pondere Sanctuarii expendatur.
Neque enim parum difficile est, ut Pastor Pastori-
bus, Archipresbyter Presbyteris, Superior ceu ca-
put idoneum Sacerdotibus, tamquam electis mem-
bris præficiatur. Et ut verbis S. Leonis utar: *Si
in quibuslibet Ecclesie gradibus providenter curan-
dum est, ut in domo Dei nihil inordinatum sit, ni-
bilque præposterum: quanto magis laborandum, ac
in electione ejus qui super alios gradum constituitur,
non erretur? Nam totius familie Domini status &
ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non in-
veniat in capite.*

Concordiam.

Ita ex Eto-
ne dist. 64.

NUM. 27.

Luc. 6.

Ambr.

Luc. 6.

Ambr.

Philip.

Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica,
Quæcumque iusta, quæcumque sancta,
Quæcumque amabilia, quæcumque bonæ fa-
mæ.
Si qua virtus, si qua laus disciplinæ,
Hæc cogitate, hæc agite:
Et Deus pacis erit vobiscum.

Vitis florigera.

aa

ms

Nam. 27.

mus: Provideat Dominus Deus spirituum omnium carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, & possit intrare, & exire ante eos, & educere eos, vel introducere.

Ceterum cum electio eorum qui praeesse debent sit opus sacrum, opusque Dei: duo potissimum ab illa electione removenda sunt, quae tam vitare solent ac inficere, & Deo hominibusque exosam reddere.

Primum est ex parte eorum qui eliguntur, sollicitatio importuna, & aspiratio, ac ambitio vana.

Duo potissimum mala, ab electione removenda, 1. Ambitio.

Secundum est ex parte eligentium, humanum nimium respectus, qui oculos obtenebrat, favorque terrenus haud Deo & caelo innixus. De utroque paucis hic edisseram.

2. Ambitio.

Ac de primo quidem ut sine fuce orationis, sed aperto stylo & libera mente pronunciem, quid sentiam: Dico in veritate, quod nemo sapienter ambire potest munus & honorem qui nunc proponitur, qui onus illi annexum & congenitum in seculo Sanctuarii prius non ponderarit, & paenitus explorarit. Si enim faciemur Praelaturam & Decanale officium curam involvere animarum & quidem curam Sacerdotum & Pastorum: quis tantum onus non reformidet? quis illi oneri vires suas pares, nisi temere judicet? Attendat quisquis ambit dignitatem onerosam, divinam manum bilancem & pondera praefertentem & protendentem, ac in pariete vel fronte Templi inscribentem: APPENSUS ES IN STATERA: TIME, NE INVENIARIS MINUS HABENS.

Dan. 5.

Prov. 16.

Sup. 6.

Jer. 23.

Si multas dotes à Sacerdote requirit Deus, si & ampliores majorumque perfectionem à Pastore: quantum à Pastorem vel Sacerdotum Pastore exigeret severus Iudex; qui & Ponderator spirituum occupatur? Nemini ad blandiendum est: Iudicium grave his qui praesunt, Quis ambiget quod requiretur ab his qui praesunt exacta ratio de regimine, Sacerdotum sibi subditorum? Cur non reformident illud Hieremiae: *ubi est grex tuus, pecus inclitatum tuum? Quid dices in die quando visitaberis? Nonne dolores quasi parturientis apprehendent te? Audiant ipsi S. Augustinum ep. 148. ad Valerium: Ance omnia cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse, maxime nunc, facilius & laetius hominibus, Episcopis, Presbyteris, Diaconi officio, si perfunctorie res agatur sed apud Deum nihil miserius, tristius, & miserabilius. Et nihil esse in hac vita laboriosius, difficilius, periculosius; apud Deum vero nihil beatius si eo modo militetur quo Imperator jubet.*

Ambitio instantium ut munus Praelaturae ejus humeris imponatur, non pro beneficio, ab similibus mihi videtur illis de quibus fit mentio in lib. Doctrinae Patrum, lib. de providentia. n. 1. Ad Arsenium Anachoretam vox de caelo insonuit: *Veni & ostendam tibi operam hominum.* Surgens, vocem hanc securus est, abiitque in certum locum, ubi ostensus est ei homo quidam caedens ligna, grandemque ex illis fascem conficiens, quem tentabat

humeris super imponere, nec poterat. Cum vero partem demere debuisset, nova incidebat ligna; & superaddebat prioribus, tentabatque portare; nec valebat; iterum igitur & iterum igna caedens prosequatur opus & onus sibi importabile. Ostensi sunt & ei alii duo viri sedentes in equis, portantes lignum transversum, volentesque sic ingredi templum per januam; ac impingentes graviter, foris manere cogebantur, quia nec lignum directè vertere, nec se inclinare volebant ad subeundam januam humilem. Quid igitur designant hi omnes, nisi homines praesumptuos, ambitiososque, ac simul stolidos? Ipsi nempe onere licet gravi fati onerati, adhuc alii sibi importabili perquirunt, & oneri onus addunt. Ipsi quoque portantes lignum superbiae in equorum sublimitate Ecclesiae Dei ingredi sine impactione & lacione non valent, cum humilis sit & arcta: ideoque egent, qui volunt intrare, inclinatione & humilitate. Quapropter timere debent ambitiosi illud: *Elze vans all'isti me.* Sive quod iidem ferè verbis expressit Iob: *allevasti me, & quasi super ventum ponens elisti me valde.* Cui conformiter dicebat S. Hieronymus in cap. 44. Ezechielis: *Grandis dignitas Praelatorum, sed grandis ruina peccantium. Laetemur ad ascensum, timeamus ad lapsum. Non est tanti gaudii celsa tenuisse, quanti marorū de excessu corripisse.* Eleganter quoque in eadem sententiam dicebat S. Cyprianus lib. 1. ep. 2. *Favore quodam quanto amplior fuerit summa dignitatum & honorum, tanto major exigitur & usura peccatorum.*

Consideret itaque qui ad sublime officium vel irrepere vel irrumperere parat illud quod Loth Angelo dicebat: *Non possum in monte Salyari, ne forte apprehendat me malum.* Locus altus est vento & agitationi obnoxius, & his qui debiliore cerebri sunt incommodus, sic fit ut ventum non sustineant, nec oculi ejus firmi sint, sed obnubilentur, sicque contingit ut facile cadant. Non ab similibus multis accidit ob infirmitatem, quod in loco honoris politi afflante vento vanitatis facile perdamur. Ideo melius eis est ascendere, quam descendere; inclinare se quam erigere; & securius cum Iob dicere: *In nidulo meo moriar, quasi palma multiplicabo dies meos.* Quid est in nidulo meo moriar? Hoc est. In humili statu in quo me posuit Deus nidum meum componam, ut in illo quietam; caetera negligam & contempnam. Sic crescere potero inlat palmæ caelum versus, & onus perseveranter ferre quod mihi impositum fuerit. Hoc ipsum est quod indicare voluit S. Franciscus humilium humillimus hoc suo apothegmate: *PERICULUM EST IN PRAEZATIONE, SECURITAS IN OBEDIENTIA ET SUBIECTIONE.*

Admirabile est quod refert Tho. Cantipratanus Suffraganeus Cameracensis l. 1. Apum, c. 20. Quidam in Synodo Praelatorum predicare compulsum angustabatur quid dignè proponeret. At ubi accessurus in oratione jaceret, venit Diabolus, & dixit:

quid

Quid angustiaris? Dic eis istud, & non aliter: Principes infernalium tenebrarum salutem Principes Ecclesiarum. Latius gratias eidem referimus, quia cum ipsis eorum nobis afferunt subditi: & per eorum negligentiam ad nos devolvitur totus pariter sermo mundus. In vitis quidem tibi dico quod dico, sed Alissimi iussu coactus. Respondet ille: Mihi non credent haec dicenti. Tunc Diabolus tangens maxillam eius dixit: En signum, nigredo faciei. Haec antequam praedices non contingas, quia frustra post praedicationem autem aqua benedicta debebit. Procegit igitur in Synodo praedicaturus, & admirantibus cunctis in signo indito faciei, non nisi illa quae sibi iussa erant recitavit, & ad horrorem cunctorum corda permovit. Haec anno 1258 fuerunt Patris coram omnino clerico & populo recitata. Ita ille.

Cant. 1.

Attendenda est illa querimonia, quae in Canticis Canticorum reperitur, quia nos concernit vincari Dominii custodes: *Fili Matris meae pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, & vineam meam non custodiunt.* Si cui non sufficit unica vinea, sed plures ambias, videat ne in similem querimoniam lugubrem tandem incurrat. Multiplices vineae committuntur his qui praesunt, cum de unica vix sufficientem valeant reddere rationem. Videant ergo suum periculum, & timeant potius, quam ambiant.

Provideat ergo Dominus spirituum, prout novit; non ingeramus nos, quasi providentes nos ipsi de nobis ipsis. *Nescimus cuius spiritus simus;* ipse autem perfectissime agnoscit dotes, viresque molis & oneri imponendo necessarias. Ipsi est allumpro nostra; ipsius est nostra vocatio & missio: *non curramus nisi mittamur,* ne conqueratur de nobis, Ambitio & de Primatu contentio debet à nobis exulare, quam Dominus voluit à caetero discipulorum longe esse. Verum, proh dolor! conqueritur S. Cyprianus ser. de jejuniis & tentatione. *Etiā in sua Sacerdotum ambitio dormit, sibi sub umbra recubabat, infecto thalami se fraudulenter occultat, per omnia officia gradusque discurrit.*

2. nimis manus favor & affectus.

Alterum malum ab electione rejiciendum, diximus esse ex parte eligentium, favorem scilicet & affectum nimis humanum & terrenum. Hic certe frequenter vitiat electionem. Quapropter monet S. Hieronymus: *Primatus non sanguinis, aut amicitiae deferendus est, sed vitae.* At nunc cernimus plurimos hac in re se se gerere, ut non querant eos in Ecclesia ut columnas erigere, quos plus cognoverint Ecclesiae prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum delinuit sunt obsequium, vel pro quibus majorum quibusdam rogaverit, ut deteriora taceam. Ita S. Hieronymus in ep. 1. ad Titum & refertur 8. 4. 1. cap. Moyses.

Audiamus & S. Gregor. 1. 1. Regist. c. 16. *Cum in plerisque, S. Ecclesia negotiis salubris sit dispensatio, lethalis profectus & mortifera est ubi aut caeci per ignorantiam, aut tumidi ob sapientiam aut ad secularia negotia projecti, ad aliorum Primatus venire permit-*

tuntur. Hi enim ignorando, illi sciendo & non faciendo, subditorum animas perimunt. Haec S. Gregorius.

Certe multa infelicia germinata, multa quae mala & infausta oriuntur ex electione depravata per affectum vel passionem eligentium; quae etiam in ipsos redundant. Quod quidem per parabolam designatur. Vbi refertur quod congregavit se ligna ut ungerent super se Regem; & quidem sano fati consilio Principatum detulerunt primò ad Olivam, Ficum, Vitem; sed his recusantibus (quod nollet deferere suavitatem aut pinguedinem fructus vel liquoris sui) nescio qua abrupte passione Primatum super se obtulerunt Rhamao. *Oli-va, Ficus, Vitis,* arbores praestantes, designant Viros Primatu dignos, qui tamen zelo perfectionis & salutis propriae malunt in privato statu vivere. Rhamaus verò vile lignum, & spinis pungentibus perasperum, designat Primatu ineptos ob favoritiam, superbiam, avaritiam, & alia vitia spinosa, quia non norunt nisi attrahere ad se nummos, stimulareque & pungere ac affligere subiectos. Hi tamen simulant se sub umbra sua protegere velle eos; at si quis vel eis parumper obstitit, flammam jactantur & ignem, quo & ipsi pereunt, & Cedros libani, si possent, hoc est optimos quosque perderent & absumerent. Volebat ergo indicare Iothan hunc proponens apologum, stultè egisse habitatores Sichem deferendo Principatum impio parricidae Abimelech, à quo nihil praeter spinas & flammam ac interitum expectare poterant. Sic in caput male eligentium redundat funestra electio & promotio pravorum. Quia male promoti ad dignitates sibi aliisque nocent. Nauclei imperitia redundat in damnum navis: Phaetonis promotio ad regendos equos Solis parit incendium orbis. Quia etiam indigni & indonei electio non solum electoribus, sed & ipsi electio vertitur de decori. Hinc alter Apologus Asini tecti pelle Leonis. Finxerunt enim antiqui, quod cum Asinus Leonem inter animalia Regem coronatum conspexisset, emulatione ductum & pellem quamdam Leonis natum, eam induisset. Cum verò caetera animalia ad ipsum convenirent, dum loqui vellet ut Rex, ruderet caput ut Asinus. Sic Asinum sub Insigniis Regis caetera animalia agnoverunt, & deriserunt. Non ab simili modo quantumvis gerat Insignia Dignitatis indignus, mox patefecit ejus indignitas ex verbis, vel moribus, sicque contempit erit. Hinc Proverbium. *Sacerdos vel Prelatus indoctus, Asinus coronatus.*

Electio indigni quam mala & electio & electio.

Apologus

Propterea admonetur Moyses: *Provide tibi de omni plebe viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & Decanos, qui judicent populum omni tempore.* Vbi non dicitur; *Provide ex cognatione tua,* aut ex favore & affectu, viros qui praesint aliis, sed dicitur; *Provide ex omni plebe, sed sapientes, sed*

Exod. 18.

prudentes, sed timeantes Deum, sed veritatis amantes, & avaritiam odientes. Tales eligendi & Prælati, & Decani Christianæ plebis.

Quomodo in electione primorum Diaconorum præcessum. Act. 6.

Memoratu sane dignum est, quod ad nostram instructionem gestum refertur in Actis Apostolorum, dum de electione agitur Diaconorum. Forma enim electionis eorum (quæ & Ecclesiam postmodum debebat informare in quibuslibet electionibus) præscribitur, dum dicitur: *Considerate, Fratres, viros ex vobis boni testimonii plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc Opus.* Singula certè verba energiam & pondus suum habent, & docent quomodo procedendum sit in electionibus, & quales esse debeant eligendorum qualitates & dotes.

Ab electione debet abesse emulatio & contentio. Luc. 22.

Primo compellantur nomine Fratrum, ut huic fraternitatis memores, electionem aut nominationem faciant cum Fraterna charitate, sine tumultu, sine discordia, sine emulacione & contentione, sine schismate & divisione obstinata. Vbi Pax Fraterna, amorque & unio cordium reperitur, felicior ad electionem fit progressus. Vbi vero discordia irrepit, claritas rationis & iudicii facile obnubilatur, & mentis quies ac serenitas turbatur. Abesse ergo debet emulatio & contentio, quam Dominus suavi reprehensione sedavit in discipulis, adhuc imperfectis ante Spiritu sancti in eos illapsum, dum facta est contentio inter eos, quia videretur esse maior, dum & docuit eos ut qui maior est, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Dum tumultuarie & contentiose agitur in electionibus, colliditur uterus Matris Ecclesie à Fratribus, sicut olim à Jacob & Esau uterus Rebeccæ; idque fit non sine ejus dolore & dispendio, non sine discrimine aut crimine. Quando sedate, & sine amaritudine erga quempiam, omnia peraguntur, tunc bonum publicum magis quam proprium attenditur, & Matris Ecclesie commodum, potius quam privatum.

Gen. 25.

Secundo monetur ne res leviter aut precipitanter fiat, unde dicitur: *Considerate Fratres*, hoc est in bilance & trutinâ veritatis omnia bene pendite, & examine, moresque & dotes singulorum discutite: quia electio & nominatio ad aliquem Ecclesie gradum non exigui est momenti, Ergo nec perfunctorie nec fortuito & inconsiderate, nec ex favore vel passione peragenda est, sed cum iudicio maturo, & affectu sincero veritatis, & publici boni desiderio. Non cæco gressu aut claudo pede, sed rectè, oculatè, prudenter, & cum magna consideratione personarum, & idoneitatis pro tali officio, procedendum est. Atque utinam multi collyrii veritatis iniungant oculos suos in Ecclesiasticis electionibus, quos habent crasso humore terrenæ passionis vel affectionis. Ippientes & oppressos, sicque considerent de non exiguo fructu ex bona electione resultante, aut exiguo dispendio ex electione prava.

3.

Tertio influantur conditiones eorum qui electi

gendi sunt, per id quod dicitur: *Considerate viros boni testimonii, plenos Spiritu sancto, & sapientia.* nec eligenda sunt, hoc est qui dorum præterate sint & prudentia maturi, animique fortitudine & constantia ac virtute Viri. Vir enim à virtute appellacionem fortitur. Deinde debent esse boni testimonii: hoc est, tales quorum vitæ & probitatis à multis post serium examen testimonium bonum præbeat: ut tanto plus auctoritatis obtineant, quanto magis in bona opinione apud homines sint, & bonum famæ odorem sparserint. Sicut ergo olim electus est Aaron, et quod virga eius germinasset frondes, flores, fructus: ita illi eligendi sunt quorum vita florida famam boni odoris fructusque bonorum operum nofcitur produxisset.

Viterius requiritur ut sint pleni Spiritu Sancto, hoc est, abundantes gratia Spiritus Sancti, ad ministerium ad quod eliguntur sufficientissimi, ut scilicet zelo divini amoris succensi zeloque salutis proximi, ac obsequio Dei, ejusque Ecclesie sincere addicti. Plenitudo Spiritus Sancti in sacris litteris gradum etiam excellentem pietatis designare solet. Denique requiritur ut sint pleni sapientia, hoc est prudentia & discretione; hæc est præcipua dote Prælati; ut sint etiam præditi scientia divina & humana, quantum necesse est ad Officii sui impletionem.

Cæterum, si hæc omnia requirerentur à Diaconis, quid requiretur à Decanis aut Prælati, qui aliis præficiuntur Pastoribus vel Sacerdotibus? An non hi Viri esse debent, hoc est ætate maturi, & graves moribus, ac virtute præditi? Ab his ut leves sint aut dissoluti, aut desideria juvenilia scilicet stantes, femineis que illecebris irretiti, aut suspensi. An non boni testimonii debent esse, qui sciant quomodo oporteat conversari in domo Dei, quorum que nota sine opera ad glorificandum Patrem, & qui luceant super candelabrum omnibus qui in domo sunt? An non debent pleni esse Spiritu Sancto, ut per illum & se & alios valeant dirigere? Procul ergo ab eis sit spiritus ambitionis, spiritus hujus sæculi, spiritus vanitatis, spiritus cupiditatis. Qui quærit quæ sua sunt, & negligit quæ Iesu Christi, non est aptus regno Dei, quia respicit retrò, & ad anteriora se non extendit; multo minus aptus est gradum in Ecclesia Dei scandere, qui gradum non tendit nisi ad Iesum Christum in summitate scalse innoxium. An non debent pleni esse sapientia & scientia, non instante, sed adificante, ut sciant stare pro Ecclesia Dei instar muri, & arguere eos qui contradicunt veritati? Profecto quatuor qualitates animalium mysticorum apud Ezechielem Prælati conveniunt. Sintergo instar Aquilæ, in oratione & contemplatione volantes in ætherum. Sicut instar Bovis, fortes in laboribus, & in agro Domini operantes. Sicut instar Hominis, per mansuetudinem & humanitatem allicientes sibi subditos à se averfos. Sicut instar Leonis contra vitia rugientes.

Sed cum hæc qualitates dono tuo obveniunt, O Pa-

Exepl.

O Pa-

Pastor Pastorum, & Deus spirituum / provide his qualitatibus aliquem insignium, qui sit super multitudinem hanc, & possit ante eos exire & intro-ducere. Abige spiritum huius saeculi, spiritum carnis, spiritum terreni favoris. Non provideat ipse, sed provide tu; & spiritu gratiae tuae imple quem elegisti, imple sapientia & prudentia, ut te dirigente introducere valeat sibi subditos in Ovile æternum.

LECTIO VII.

Thema. Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his unum, accipere locum ministerii. Act. 1.

In electione alicuius prelati.

In hoc venerabili confesso & congregatione iuncta ad electionem Canonicam alicuius e gremio & Collegio vestro qui vobis prælit, ad dicendum rogatus, illud mihi proponendum existimavi; & electioni præponendum, quod in Actibus Apostolorum, dum ageretur de electione S. Mathiae ad Apostolatam, ab Apostolis orantibus fuit pronuntiatum: Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his unum accipere locum ministerii, &c.

Hic præscribitur forma quaedam servanda in electionibus Ecclesiasticis, auspicando illas ab oratione, divinamque voluntatem explorando, sive os Domini interrogando, ut inspiret quod eius gloria & vestrae salutis Ecclesiaeque vestrae utilitati expediens hac in re esse possit, ne error in electione damnus sit irreparabilis. Cum de salute navigantium agitur, non forte discernitur quis gubernatoris puppim ascendat; sed sub divinis auspiciis inquiritur aliquis qui artem gubernandi didicerit, qui navigarit maria, qui noverit portus & stationes, qui peritus sit stellarum, ut per fluctus possit semitas reperire, & per invia viam expedire. Certè quælibet Ecclesia Navis est requirens prudentem Rectorem, qui illius Ecclesiae subditos, quasi navigantes sibi commissos, possit in portum deducere. Non ergo ejus electio debet fortunæ incertæ committi, aut parum æstimari; sed in veritatis examine debet fieri, & æternæ veritatis auxilium ad id implorari. Id suo exemplo docent hic Apostoli, idè quæ eorum verba paulò susus vobis explicanda adsumpsi, si autem mentem quæ benevolam dignemini verbis meis è sacrae scripturæ: & sanctorum Patrum penu de promptis arrigere & accommodare.

Primò igitur soleriter attendenda sunt hæc ante electionem reverentem: Tu, Domine, qui corda nosti omnium. Ipse enim mirum est Dominus, nos famuli & servi in domo eius, aut Dispensatores & Ministri. Sed quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniat? Et jam quæritur inter vos fidelis servum quem constituat Dominus super familiam suam: qui huic sacrae Domini familiae præpositus, commoda atque uti-

tilitates eius curet: qui vigilanter infirma confirmet, disrupa consolidet, depravata convertat, & verbum vite in æternitatis cibum alenda familia dispensat, ut loquitur S. Hilarius in Matth. can. 26, sive qui det in tempore tritici mensuram; ut exprimit Evangelista. Et cuiusnam est constituere fidelem servum super familiam suam, nisi ipsiusmet Patris familiae & Domini domus? Merito igitur ei dicitur Tu Domine. Et quis potest vel debet melius nostræ familiae suæ alumnos, eorumque fidelitatem & mores, quam Herus & Dominus? Ideo adjicitur: Qui Nosti Corda Omnium.

Ipse novit, & solus novit corda, novit capacitatem & idoneitatem, qualitates & dotes, vires & talenta singulorum. Ideò dicitur est specialiter Cardinogostes, scrutans corda & renes. Novit ea quæ necessaria sunt ad hoc ministerium & officium in familia sua; ipse ergo debet interrogari, & obnixè rogari, ut probatum & fidelem constituat. Nos solum quæ exterius parent agnoscimus, cætera ignoramus; animum & quæ intus sunt explorare non valeamus; & quæ futura sunt & futura nec pervidere possumus, nec sufficienter providere. Attendite quid gestum sit in electione Davidis, & agnoscitis, quam verum sit quod dicimus. Venit Samuel ad Isai, & vocavit filios eius ad sacrificium, electurus ex eis unum ad sceptrum. Cumque ingressus esset, vidit Eliab, & ait: Num coram Domino est Christus eius? Gratia exterior, & forma decora, digna videbatur imperio. Sed respondet Dominus: Ne respicias vultum eius, nec altitudinem stature: quoniam abieci eum, nec iuxta iudicium hominis ego iudico. Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Et vocavit Isai Abinadab, & adduxit coram Samuele. Quid dixit: Nec hunc elegit Dominus. Adduxit autem Isai Samma, de quo ait: Etiam hunc non elegit Dominus. Adduxit itaque septem filios, & ait Samuel: Non elegit Dominus ex istis. Dixitque ad Isai: Numquid iam completi sunt filii tui qui respondit: Adhuc reliquum est parvulus & pascit oves. Illo autem adventante, dixit Dominus: Surge, unge eum, ipse est enim. Hanc electionem expendens S. Basil. Seleucus considerans quæ quod David inter Fratres suos vilis videbatur & abjectus, quandoquidem ad ovium custodiam dimittebatur, cum alii gloriam militarem & sublimia meditarentur & ambirent, sic disserit: Tales animas legere novit gratia, cura gregis distentum vocat ad regnum, in despecto corpore Margaritum conspicit. Nos in hominibus exteriora quædam consideramus, opes, nobilitatem, formam, scientiam externam: Deus autem profundius conspicitur, & in despecta quandoque exterius persona animum & mentem bonam pervidet, quasi margaritam & lapidem pretiosum absconditum in concha. Non omne quod splendet, & sublime est, semper eligit Deus. Multæ celsæ arbores erant in monte Sinaï, ipse cæmen Rubum elegit, in quo appareret & steteret,

deret, quemque divini ignis splendore circumda-
ret. Non Cedrus, aut Pinus sublimis electa est, sed
humilis planta, quae igne coronaretur, nec a flamma
consumeretur.

Secundò attendenda sunt illa verba: *Ostende ex
his unum.* Saepè Deus in electionibus ad Sacerdotium
& Praesulatum per miraculum ostendit quis
eligendus foret. Notum est ex sacro Codice de Aarone,
quomodo designatus fuerit per Virgam suam
florentem & fructus producentem. Ex Ecclesiasticis
etiam Historiis novimus quòd S. Gregorius
indicio Columnae igneae Pontifex fuerit consecratus,
& Fabianus Pontifex indicio Columbae candidae
in cum è Caelo advolantis. Quo etiam signo S. Evortius
consecratus fuit Episcopus Antiochenus eodem symbolo
ordinatus, ut habet Metaphrastes apud Surium 27. Januarii.

Sic in ordinatione & electione S. Remigii apparuit
radius novi luminis, quia illuminandarum lux
parabatur animarum: & radio illo illustrante,
sensit capiti suo unguentis sacri infusum liquore,
quo totum ejus delibutum est caput. Erat autem
ipse duntaxat viginti duorum annorum, ut habet
Hincmarus in ejus vita.

Sic etiam S. Ambrosius, puero instinctu divino
eum ad Episcopatum nominante, communibus
populi procerumque votis, adhuc licet Caeciliensis,
ad Episcopatum Mediolanensem postulari est & electus;
nec potuit publicae voci aut Dei resistere
inspirationsi, ut testatur Paulinus in ejus vita.
Similiter S. Andreas Fesulanus voce pueri
Episcopus fuit nominatus & detectus, cum fugisset
in Carthusiam prope Fesulanum, ut vita ejus
habet 6. Januarii. Ita quoque cum denominatus
fuisse S. Aignanum pro Episcopatu Aurelianensi,
& inde tumultus exortus esset, quibusdam
Nobilibus Canonice dignitatem hanc ambi-
entibus, ex consensu omnium ad sedandum
tumultum & explorandam divinam voluntatem
apertus est liber Psalterii, & primò occurrit: *Beatus
quem elegeris & assumpsisti.* Apertus est deinde
Evangeliorum liber, & illicò occurrit: *Super hanc
petram aedificabo Ecclesiam meam.* Apertus denique
Est liber Epistolae S. Pauli, & in prima etiam
linea occurrit: *Fundamentum aliud nemo potest
ponere praeter id quod positum est.* Quo triplici
testimonio, non tam fortuito quam ex speciali Dei
ordinatione occurrente, ejus electio seu designatio
omnium calculis fuit approbata.

Sed haec extraordinaria sunt, divina sic dispo-
nente Providentiâ, quibusdam miraculis editis,
vel miraculo proximis signis. Nos autem non
miracula poscimus, ne Deum tentare videamur.
Sed dum dicimus: *Tu Domine ostende nobis unum
quem elegeris,* humiliter flagitamus ut inspiret,
illuminet, dirigatque nos in electione, ut non
exeremus, nec a scopo nobis proposito gloriae
eius aberremus. Obsecramusque ut electione per nos
factâ ex directione & luce Spiritus sancti, tamquam
Columbae candidae, & Columnae igneae,
hâc manus ejus super electum, tamquam super *verum*

dextera sua. Illud quoque non sine emphasi est,
quod dicitur, *Ostende nobis unum,* hoc est, quiverè
amet unitatem, amet unionem, concordiam fo-
veat & charitatem, eliminet divisionem, discor-
diam, æmulationem, contentionem, superbi-
am, & alia vitia scindentia unitatem. Etenim in Col-
legiis sacris Communitas reperiri debet; id est
communis unitas, & Communio, id est communis
unio, ut sit unus spiritus in uno eodemque cor-
pore in obsequium unius Dei: ut unanimes uno
ore glorificent Deum & Patrem, uno humero
ei servant; uniusque labii sint ad diligenter &
conjunctim decantandas laudes divinas psalendo
in choro; ac unius animi ad procurandum de-
corem domus Dei, & locum habitationis ejus,
denique unius ejusdemque cordis & humeri ad
supportandum se invicem, & ad simul satisfacien-
dum vocationi & canonice suae obligationi. Haec
omnia significari possunt per id quod dicitur:
Ostende nobis unum quem elegeris.

Tertiò, attendenda sunt illa verba: *quem elegeris
accipere locum ministerii.* Quâ quidem formâ
loquendi satis indicatur ne utiquam hic locum esse
debere ambitioni & cupiditati, contentioni aut
æmulationi; quandoquidem agatur de loco mi-
nisterii, & de munere ac onere ceteris misistrandi,
illisque cum humilitate servandi. Decane
ergo Officium est dignitas est, est Praelatura est,
est Primatus quidem inter Fratres & Collegas
nuncupatur: non nisi tamen ministerium censerit
debet, cum humilitate suscipiendum & timore,
quia onus & curam annexam habet, cujus exactio
est ratio reddenda, quando illud adimplebitur:
*Deus sit in Synagoga Deorum, in medio autem
Deos judicet.* Si ablandiri potest hic quaedam
eminentia & celsitudo; humiliare debet necessa-
ria & quasi pedissequa sollicitudo. Quapropter
monet Sapiens: *Reddorem te posuerunt? Noli exultare.*
Esto in illis quasi unus ex ipsis, curam illorum ha-
be, & sic considera, & omni curâ ad explicitâ re-
cumbere, ut laeteris propter illos, & ornamentum gra-
tiae coronam accipias & dignationem consequaris
corrogationis. Quid clarius, quid ve praclarus dici
potest Praelatis, ut ministerium suum agnoscat?
Tumida auctoritas quae humilitati non est conjuncta,
Caelo terra quae est odiosa. Insuper dici potest
non magnitudo. Hanc inflationem sic comprimere
& expungere conatus Sapiens ab his qui praesunt,
nec ministerium agnoscent, seu ministerii locum.
*Hoc idem S. Augustinus Regularium Canonico-
rum primum Iustitiorum inculcat, dum sic Canonicos ad-*
loquitur: Ipse qui vobis praesert, non se existimet po-
testate dominante, sed charitate serviente felitem.
Honore coram vobis Praelatus sit vobis: timore corâ
Deo substratus sit pedibus vestris. Circa omnes se ipsum
honorû operû praebat exemplum. Corripiat inquietos,
consolatur pusillanimes, suscipiat infirmos, patientes sit
ad omnes. Quamvis utramque sit necessarium, plus a-
gnari à vobis appetat, quâs timeri, cogitans Deo se pro
vobis reddisuram rationem. His Augustinus verbis

Psal. 64.
Matth. 16.
1. Cor. 3.

In electio-
ne locum
ministerii
non aucto-
ritatem
quaerit
Psal. 64.
Ecc. 31.
Auctoritas
humilitatis
debet esse
conjuncta

discretè docet quid sit quod hic exprimitur: Accipere locum ministerii. Dicitur itaq; accipere locum ministerii qui eligitur, non verò accipere locum domini, quia & hoc vult Apostolus Petrus, dum sic monet Prælatos seu Pastores: *Paſcite qui in vobis eſt gregem, non iuxta lucra gratiæ, neque ut dominantes in Clero.* Eleganter S. Gregorius in Opere Paſtorali in eandem ſententiam dicit. *Superior locus bene regiſ, quando ſi qui præſt, viciſ potius quàm Fratribus dominatur.* Quum igitur hic dicimus cum Apoſtoliſ: *Tu, Domine, oſtende ex hiſ omnibus unum quem elegeris accipere locum miniſterii.* Obſecramus ut ejuſ ductu eligere poſſitſ aliquem qui verè intelligat hunc locum qui proponitur, & ab aliſ quibus ambitur, locum eſſe miniſterii, & ſic illum ſuſcipiat non iuxta lucra gratiæ, aut ut dominetur in Clero, aut ut intumefcat & inſoleſcat ex officio: ſed ut verè & ſincerè miniſterium ſuum obeat, & omni cura explicita, coronam accipiat, & dignationem confequatur corrogationiſ.

Quarto & illud conſiderandum quod de Iuda adicitur: *De quo prævaricatus eſt Iudas, ut abiret in locum ſuum.* Quare prævaricatus eſt? Equidem propter loculoſ quos adamabat, propter pecuniam & lucrum, cujuſ aviduſ nimis erat. Non intelligebat illud: *Lucrum in arcuſ, damnuſ eſt in conſcientia.* Non debebat deſerere locum miniſterii propter loculoſ reconditiſ nummiſ. Propter pecuniam & terrenorum amorem multi Eccleſia pereunt, magiſ ſeliciteſ amantſ terrenaſ, quam cæleſtia. Multi ſe circumcidunt ut Sichiſmitæ, ad communicandum boniſ terreniſ Iſraelitarum. Multuſ ſufficit quòd colligant fruſtuſ beneficiorum, & de obligatione adnexa parum eiſ cura eſt: ſi perſubditiore omnia peragantur, ſatiſ ſuperque eſt. Sic fruſtuſ ſunt eiſ fluctuſ, quibuſ involvuntur & perduntur, illiſ abutentſ in occaſionem vel luxuriæ, vel avaritiæ; in occaſionem gulaſ, vel tenacitateſ ſordidaſ. *Aequum quidem eſt ut qui altari ſervit, de altari vivat, nec alligandum eſt ut boviſ triturantiſ, teſte Apoſtolo: ſed tamen triturare debet boſ, vel arare, ſi vult veſci, non otioſuſ deſidere.* Nam quid de boviſ cura eſt Deo, dum id Scriptura ſacra proponit? Abſit. Sed de illiſ qui in Eccleſia debent in ſuo miniſterio laborare allegoricuſ hic eſt ſermo ſervire debent graviter altari, qui de illo vult vivere. Arare & laborare debent ſtrenuè, qui in Eccleſia Dei & de patrimonio vult vivere Crucifixi: hoc eſt, ſuſtinentiæ & muneri ſuo debent ſatiſfacere cum diligentiâ & pietate: Et quidem vivere debent de altari, inquit S. Bernarduſ, non luxuriari, non commeſſari, non pergracari, aut diſſolutioriſ vitæ licentiam ſeſcari. Non debent pecuniæ ſervire aut Haræ, ſed Aræ; Domino debent obſequi, non Mammonæ, in Domini gloria decet eoſ ſe ſuaque impendere. Quibuſ ſufficit quòd proviſum ſit ſibi abunde, cætera negligendo; timeant ne cum Iuda pereant cum loculiſ, & locum illum inſelicem

fortiantur, de quo dicitur: *Abiit in locum ſuum.* Illi autem inſeliciffimi mortaliuſ cenſendi ſunt, qui in Eccleſia nudoſ anter beneficia, officiſ, dignitateſ, Præſaturuſ: quos quidem eſſe reſficiorum probuſ indicavit Dominuſ, dum eſ templo cepiſ ejiſcere vendenteſ & ementeſ. Et adverte quod non ſine emphatiſ Evangeliſta hiſ exprimit verbiſ: *Cepiſ ejiſcere vendenteſ & ementeſ.* Nempe cepit ejiſcere, quia nondum ejiſcit omneſ. Et hoc legenduſ, quòd adhuc hodie multoſ cernere eſt ementeſ & vendenteſ in templo: & forte paucioſ relinqueret, ſi univerſoſ ejiſceret; quia pauci ſunt qui ad beneficia, officiſ, dignitateſ Templi pertingunt ſine aliqua corruptela, vel paſſione illiſta, aut ſollicitatione parum æqua, ut graviora taceam. Si liceret fodere parietem cum Ezechiele Propheta, & ingredi ac videre quæ in occulto ſunt per paſſioneſ, vel promiſſa, ad adipiſcendum dignitateſ vel officiſ, videremus quomodo exerevit venditoruſ numeruſ, vel emptoruſ, ſive nudoſ anter variſ palliatuſ modis. Sed pallia, & perizomata velantia nuditateſ indecoraſ & pudendaſ, revelabit tandem Deuſ in conſuſionem eoruſ. Et magnum ſane malum eſt, quod in Aula Principuſ & Reguſ, & in Templo Regiſ Reguſ omnia quodaſmodo venalia ſint, & pecuniæ omnia ſubſint: ſane hinc origo multaruſ ærummaruſ quæ Eccleſiam premunt. Nam & exciſionem civitateſ & templi Ieruſalem ob vendenteſ & ementeſ imminere, videtur Chriſtuſ ſuiſ ante ejiſtioneſ lacrymiſ conteltari. Concludo igitur, & cum dolore iterum dico, quòd nonnulli ex Eccleſiaſticuſ viriſ, Chriſtiſ diſcipuliſ, abeant in locum & ſocietateſ Iudaſ propter loculoſ, propter pecuniam & lucrum turpe.

Postremo penſanda ſunt & illa verba: *Dederunt ſorteſ in eiſ ſorteſ, & cecidiſ ſortuſ ſuper Matthiam.* Quoniam fuerint hæ ſorteſ, & quales non ita convenit inter Marthiaſ. Interpreteſ. Nam nonnulli exiſtimateſ non fuiſſe proprie dictaſ ſorteſ, quia rem tantã alex ſive fortiſ riniſ. & forte uito caſui committere, non videtur decorum fuiſſe Apoſtoliſ: ac propterea etiam omniſ ſortuſ in Eccleſiaſticuſ electionibuſ prohibetur in iure canonico c. Eccleſiaſ de ſortilegiuſ. Niſi dicas cum Patribuſ, nonnulliſ, & S. Thoma. 2. 2. q. 9. a. 8. Apoſtoloſ ante adventum Spirituſ S. adhuc rudeſ & inexpertoſ id feciſſe ex conſuetudine Patruſ veteriſ teſtamenti. Nam ſic Saul ſorte creatuſ eſt Rex, Samuele ſorteſ dante. Sorte quoq; deprehenſuſ eſt Achan iſo Iſue ſorteſ dante, ſic & Ionuſ ſorte deprehenſuſ eſt à Nautiſ. Antiquituſ ergo Deuſ dirigebat ſorteſ, & idè antiquiſ illiſ ſæpe uſi ſunt. Nam & pro diſiſione terræ promiſſæ jactaſ ſunt ſorteſ inter tribuſ duodecim, Deo illaſ inſpirante & dirigente. Poſt Spirituſ autem Sanctuſ ſorteſ ſimileſ non ampliùſ in uſu fuere. Vnde nec Apoſtoliſ in electione Diaconoruſ ſorte ſunt uſi.

Alii interpreteſ cenſet haſ ſorteſ fuiſſe ſigoum quoddam divinuſ, ex S. Dionyſii auctoritate Eccleſ. hiſtar. can. 5. p. 3. dicentis: *Videtur mihi Scripturaſ.*

1. Pet. 2.

Ecc. 32.

4. In prælatu & dignitatibus non debet spectari lucrum Aug.

Gen. 34.

1. Cor. 5.

Deut. 25.

Bern. judicium.

Lus. 19.

Ezech. 8.

2. Reg. 10. 10. iuc 7. Ionæ 1.

10. iuc 15.

Act. 6.

Resp. 2.



Scriptura sortem appellasse divini quiddam & præcipui maneri per quod ille choro sacratissimo insinaretur qui esset divina electione declaratus. Quocirca S. Antonius 2. p. rit. 6. cap. 2. censet fuisse radium & celo demissum; sicut radio lucis demonstratus fuit S. Gregorius Pontifex, aut S. Remigius Episcopus Rhemensis.

Resp. 3.

Denique, nonnulli existimant sortes has fuisse scrutinium per suffragia & vota, quæ in electione ceciderunt in Matthiam, ut sortiretur locum ministerii & Apostolatus: ita ut Apostoli in oratione sua hoc postulent à Deo, ut illuminet eorum mentes, & declaret cui suum quisque debeat dare suffragium. Quod quidem videretur confirmari ex eo quod sequitur: *Annumeratus est cum undecim discipulis*, quod ex græco plerique vertunt *Suffragia additis est ad numerum undecim Apostolorum*, sive communibus calculis, cooptatus est, & additus ad undecim. Et quidem poterat S. Petrus, caput Apostolorum, duodecimum Apostolorum Iudæe successorum designare, ut docet S. Chrysostomus: id tamen noluit, tum ne videretur dominari in clericis, tum ut iniciaret exemplum postea servandum in electione Præfulum Ecclesiæ, tum ut amorem electo suffragiis totius Collegii Apostolici conciliaret. Quæcumque tandem forma & modo electus fuerit S. Matthias; directione spiritus electum fuisse nulli potest dubium esse. Et quia in eius electione fors fuisse dicitur, ex hac sorte Clericos nomen & originem accepisse censet S. Augustinus in Psal. 67. ita ut primus Clericus censeri debeat S. Matthias, forte hæc electus, & in sortem Domini adscitus. Clericus enim idem est quod fors, & Clericus idem quod sorte vocatus. Sic antiquissimus omnium Clericorum, & primum exemplar huiusce nominis & vocationis, S. Matthias fuerit. Audiamus verba S. Augustini, *Cleros & Clericos hinc appellatos puto qui sunt in Ecclesiasticis gradibus ordinati; quia Matthias forte electus est, quem primum per Apostolos legitimus ordinatum Clericum enim à sorte dicitur, quia sorte in sortem Domini adscitur.* Huic sententiæ Augustini subscribunt Ilidorus & S. Antonius, atque ex hac sententiæ sequitur, quod Cleri nomen jam inceperit cum Apostolis.

Cur S. Petrus in locum Iudæi alium non nominavit.

S. Matthias omnium clericorum primus.

Tandem concludo, & finem principio jungens, repetendo dico formam electionis Mathiæ Ecclesiasticis electionibus facem prætulisse: tum quia eam præcessoratio ad spiritus divini directionem imploranda: tum quia hæc directione in ea non fuit electus qui Domini Iesu consanguineus & Apostolorum nonnullorum Frater erat Ioseph scilicet Frater S. Iacobi Minoris & SS. Simonis & Iudæ, ut multi opinantur; ne in electione ad Officia Ecclesiastica nimia habeatur ratio consanguinitatis. Tum etiam, quia licet Ioseph iste forer iustus & sanctus, quandoquidem de eo dicitur, *Qui cognominatus est Iustus*; tamen significare voluit Spiritus sanctus, ad prælatum non

Electio S. Mathiæ quid documenti convincat.

semper aptiores esse qui iusti sunt & sancti; sed simul requirit talentum regendi, quod ultra sanctitatem, prudentiam requirit, & rerum experientiam in subditis gubernandis. Denique, in hac electione significatum est unumquemque debere esse contentum suæ vocatione; quia nec Ioseph iustus, cum Mathia velur in bilance positus, indoluit sibi Prælatum esse Mathiam extraneum, cum ipse forer Apostolorum consanguineus; nec minuit exinde zelum suum ad propagandam gloriam Dei, quin potius auxit.

Tu ergo, Domine, qui corda nostri omnium hic præsentium, eorumque vires, dotes, qualitates exploratas habes, ad onus & munus quod proponitur suscipiendum, illasque augere potes & corroborare ad tuæ gloriæ incrementum; sic dirigementem eligendi & eligentium, ut hi sciant quem tibi acceptum eligere debeant, ille quoque tuæ luce agnoscat se accipere locum ministerii cum onere rationis strictæ à te suo tempore exigendæ. Ideoque cum humilitate & timore accipiat hunc locum, ne prævaricando abeat cum Iuda in locum suum, in locum secundum demerita sibi præparatum; sed potius in locum abeat secundum divinam electionem & merita sua sibi cum Angelis destinatum.

LECTIO VIII.
Thema. *Facies Hominis & facies Leonis à dextris, Caribæorum quatuor. Facies autem Bovis à sinistris, & facies Aquilæ desuper. Et facies quatuor, Ezechiel.*

Visto Ezechielis Prophætæ in qua Currus gloriæ Dei ei ostensus fuit, Splendens, Flammeus, fulgurians, quem Rotæ quatuor volventes, in quibus erat spiritus vitæ, & quatuor animalia mythica trahebant, in quorum unquoque quatuor facies erant, facies scilicet Bovis, Leonis, Hominis, Aquilæ: tantis plenærat mysteriis, ut hæc hactenus eam plenè explanare non potuerint sacri Interpretes, licet desudarint, & omnem ingenii vim intenderint. Absque dubio quatuor illa animalia, sive quatuor facies animalium, plenæratia erant sacramentis. Ac primum dicere possemus fuisse designata hic Insignia & Stemmata Christi, qui Homo fuit in Incarnatione; Bos in molarum in Passione; Leo in Resurrectione; Aquila in Ascensione. Immo hæc Insignia & Stemmata quadriformem in ipso dignitatem indigebant; Aquila divinitatem, Homo humanam naturam, Leo Regiam maiestatem, Bos sacerdotii simul & victimæ præcellentiam. Propterea etiam Israelitæ exeuntes de Aegypto in terram promissam, Vexilla quatuor prætulisse feruntur, in quibus depictæ & inscriptæ erant horum quatuor animalium effigies, & typo futurorum. Vltimus dicere possemus per quatuor ista animalia my-

fica designari quatuor Evangelistas, qui Curram gloriae Dei per totum vixerunt Orbem, ita ut sub quatuor Evangeliorum fide & doctrina Christus de suis triumphavit hostibus, & credentes hac velut quadriga in Caelum vexit & salvavit. De qua re intelligi potest illud Abacuc in sensu allegorico & mystico: *Quadriga tua salvatio*. Sed his omnibus omissis, dicere intendo quomodo haec sint quatuor Stemmata & Insignia Praelatorum & Pastorum Ecclesiae; idque exemplo S. Caroli Borromei (qui nostro saeculo Lux est & Dux Praelatorum ac Pastorum) a vero declarare. Nempe hic luteus reliquit propriae familiae & profapiae suae nobilissimae Stemmata & Insignia Gentilitiae, ut sublimiora & diviniorem sub Imperatore Caeli Stemmata & Arma capesseret. Voluit equidem ei assimilari, affluens faciem Bovis Leonis, Hominis, Aquilae, Edisseramus particularius.

titudo Bovis; non tam de bove & segete terrena ei cura est, quam de bobus segetem caelestem arando & laborando producentibus, illique cooperantibus. Vbi ergo cernitur seges multa spiritualis, & fructus eximius in plebe, ibi est manifesta virtus laborantis Praedicatoris vel Pastoris. *Vbi non sunt Boves, Praesepe vacuum est*, inquit idem Sapiens. Si hordeum, foenum, & palea in praesepe deest, si in area & horreo triticum non cernitur; vel nulli sunt ibi boves, vel ignavi, quia a fructu & copia agnoscitur boum vel aliorum animalium diligentia & fortitudo in laborando. Id vero maxime verum est de his qui in agro Dominico obire debent laborem ex munere suo, quia hi vel deesse vel prodesset a fructibus cognoscuntur.

Dicimus itaque quod *Facies Bovis* facies est veri Pastoris multiplicem ob rationem.

Prima est, quia Bos est animal simplex, innocens, sincerum, labori destinatum: & quod magis lassum est, eo firmius higit pedem.

Quid meruerit Boves, animal sine fraude, dolose, innocuum, simplex, natum tolerare labores?

Talis debet esse Praelatus & Pastor innocuus, & sincerus pati & laborare paratus, & semper indefessus, semper perseverans in suo labore & ministerio: *In omnibus labora, ministerium tuum imple*, ait eis Apostolus. Et quidem bos in labore & incessu & aratione lentus est, sed exactus & perfectus: sicque significatur prudentia & gravitas Pastorum, cum exacta ratione & perfectione laborantium in Ecclesia Dei sine praecipitatione nimia; quamvis & diligentia eis commendetur in eo quod mysticus Ezechielis Bos alas habeat, quia & ipsi ad opus debent esse paratissimi, & quasi volantes.

Secunda, quia Bos Curram trahere natus est, jugumque terre, non sibi sed aliis laborare: *Sic Bos jugum vos non vobis fertis aratra boves*; per id significatur Pastorum esse jugum Domini libenter ferre & crucem eius, crucisque gloriam in aliorum emolumentum promovere, live sese rotos seipsum neglectis in animarum salutem impendere. *Quid Temo currus designat, nisi Crucem? An non temones in curribus crucis instar efformati sunt? An non & Aratra crucis formam habent & figuram? Porter ergo Praelatus & Pastor crucem Domini in humeris suis, trahat Curram Domini sui; Aratro crucis praeparat corda suorum semini verbi Dei, ut vitalem frugem producant; supporret in charitate & patientia onera eorum; sit semper rumigans ea quae sibi ex officio incumbunt; pedesque filios habeat incedens cum discretione. Sic poterit censerii instar, Bovis mystici in Curru Prophetico, immo Cherub poterit nominari. Nam Ezechielis. Bos Cherub nominatur, dum dicitur *Facies una, facies Cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies Leonis: & in quarto facies Aquila*. Hic Bovis non sic mentio, ut in primo capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in*

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

capite ejusdem Ezechielis, sed Bos videtur in

Facies bovis, labor & patientia.

3. Reg. 7.

Deut. 25.

1. Cor. 9.

Prov. 13.

Causa vana, cursa facies bovis sit facies veri Pastoris.

1. *Bos animal simplex & labori destinatus.*
Ovid. 15. *Met.*
2. *Tim. 4.*

2. *Bos jugum ferre natus.*

Ezech. 10.

bbb

Cherub

Cherub transfutatus : sicque significari potest quod Prælati & Pastores dum graviter sese impendunt per labores varios ad gloriam Dei & salutem animarum, jam transeunt in formam Angelorum, imò hunc Cherubini.

3.
*Bos animal
immo lati-
tium.
1. Reg. 6.
3. Reg. 10.*

Tertia, quia Bos animal immolacitium est, quod postquam Arcam portaverit, non declinans ad dextram, aut sinistram; aut postquam araverit, in honorem Domini victima fit, & ei sacrificatur, ut fecit Iosue Bethsamita, & Elifeus. Sic significatur Prælatos Ecclesiæ & Pastores debere paratos esse immolari pro Domino etiam per martyrium, ubi hoc Domini honor posceret: sed & quotidie convenit ut per mortificationem carnis & oblationem cordis sese in victimas Domino consecrent & immolent in creature. Hoc quoque convenit Bovi contra hostes sese impetentes cornibus sese tutari, & illos ventilare, ac longè à se projicere. Sic etiam qui in agro Domini laborant verbo & doctrinâ, sacroque ministerio, debent habere cornua & robur firmum, quo contra fidei hostes possint sese suumque agrum defendere, ac eos procul eicere. Propterea etiam Prælati Ecclesiæ Mitra ponuntur in capite, quæ in duo velut cornua dividitur, quâ utriusque testamenti doctrina significatur eis debere assatim suppetere, ad ventilandos & eliminandos adversarios legis Domini, & veritatis ejus.

*S. Carolus
Bor. vespere
bovem
præstitit.*

Porro in S. Carolo Prælatorum Pastorumque Luce & Duce, hæc facies Bovis eminenter reperitur, omnesque qualitates jam recensitæ. Etenim infatigabiliter pro Ecclesia Dei laborare visus est, & non sine maxima fruge, ita ut ipsi conveniat illud: *ubi multa segetes tibi manifesta est fertilitudo Bovis.* Dum adventisset ad Mediolanensem Diocesim, agrum amplissimum fidei & labori suo commissum, videns illum spinis, tribulis, urticis & loliis vitiorum, ignorantiaque ac errorum undique referentem, non solum populo, sed & Clero (qui præcipua pars agri & fecunda maximè esse deberet) in perverfos mores de die in diem crescentem; indoluit, ingemuit, immuguit. Et mox ad opus, collum, humeros, pedes, manus misit, totumque sese impendit, ut aratro crucis & sacrae doctrinæ movere agrum hunc suum perfoderet, pararet, paragraret, perpurgaret à carduis & spinis, ab urticis & herbis pessimis, & pestilentibus. Hæc Diocesis si secundum omnem suam amplitudinem consideretur, multa centena miliaria continet, quia non solum intra Dominium Mediolanense, sed etiam ipsam Germaniam se protendit, in Helvetianas partes asperas & montuosas, Pervadit etiam Dominium Venetianum ex parte, & Ducatum de Monteferrato, Ecclesiæ Archiepiscopali jurisdictioni subjectas recentent bis mille ducatas & viginti, Collegiales quinquaginta, Parochiales octingentas, Claustrales Religiosorum Conventus centum,

Sanctimonialium septuaginta. Hunc ergo tam protensum Agrum, tamque difficilem ob asperitatem montium, non semel invisit, singulis Ecclesiis indicibili labore excolens, expurgans, exornans. O verè Apostolicum & Evangelicum Bovem, in defessè agrum Domini perarantem, ut calicè fruge ditaret! Semper ruminans quæ sibi ex officio incumbabant, numquam à labore quietus labores addebat laboribus, pede pressò vestigia figens in ipsis vestigiis S. Barnabæ, qui primus hunc agrum coluit & fidei semine resperpsit, imitans quoque plerosque sanctos suos Prædecessores Mediolani Episcopos, ex quorum numero triginta quinque catalogo Sanctorum sunt adscripti, numerus verò universorum ascendit ad centum viginti & sex. Non defuit etiam ei robur, nec cornua, quibus hostes fidei & veritatis ventilaret: nec Tiarâ bissectâ frustra ejus fuit verticè adposita. Denique, si cum vis cernere in hostem victimam sese immolantem Domino, atrende quid ab eo gestum fuerit, peste Mediolani plebem depascente. Collo enim funem grossum, velut jugum & loramentum bovis, allumens & Crucemque præferens: sacrum velut Temonem procelit publicè & solenniter per plateas, nudis & cruentatis è silice persequenti & peraspero pedibus, sicque fuit instar Bovis filis pedibus, Ibi in suos humeros totius plebis scelera recipiens, operabatur esse Victimam Expiatoriæ & Pacificæ: imò igne ardentissimæ charitatis succensus, se in Holocaustum offerbat. Sic *Facies Bovis*, Dei gloriam & animarum salutem quaeversum respirantis, resplendebat in ipso, sicut in Curru isto Cherubico & Mystico apud Prophetam. Hinc imitemur illum attendentes:

• Bove majori distit arare minor.

LEo Symbolum est vigilantia & constantia. *Facies* vigilantia quidem, quia parum dormire dicitur, & quidem somnum capere fertur oculis constantibus, vel ut aperis, Hinc & foribus Palatiorum Leones constanti insculpi solent, tamquam vigiles domus regis Custodes. Certè Prælatorum & Pastorum est vigilantia pro domo Domini, præ foribusque excubare, ne quid hostile ingrediatur: nihil etiam a deo frequenter eis repetitur & inculcatur sacris in litteris, quàm **VIGILATE**. Hoc enim Patrifamilias dicitur, *ne sinat perfodi domum suam*. Patrifamilias autem ipsos repræsentat. Hoc dicitur Angelo, hoc est Episcopo Ecclesiæ Sardis: *Esse vigilans, & confirma que moritura erant*. Hoc dicitur Thimotheo Episcopo, ac in illo cæteris Pastoribus: *Tu verò vigila, in omnibus labora*. Et certè animalia mystica curus nostris plena erant: oculis antè & retrò, ad significandam necessariam esse vigilantiam his qui trahunt Currum Domini, & illi præsumt; ut scilicet observent omnes vias, ac incurrat in anfractus, aut itinera confragosa,

ex quibus non facile se valeat expedire: Propterea, & rotis ipsi oculi assignantur, & spiritum vitæ habere dicuntur.

Constantia Leo quoque Symbolum est constantiæ & magnanimitatis, cum sit *Fortissimus bestiarum*, ad nullius pavens occursum: imò illas rugitu suo solet exerrere. Propterea & Christus sæpè in sacris literis Leonis titulo insignitur, ut ejus potentia, fortitudo, magnanimitas designetur: *Vicit Leo de tribu Juda*, dicitur Joanni in Apoc. Vicit utique in morte & in resurrectione tartareas potestates, velut rugitu suo sum commovens cubile. Sepulchrum & Tumulum, Terramque simul & Infernum. Hic etiam est de quo Iacob per spiritum prophetæ dixerat: *Catulus Leonis Iuda ad prædam ascendisti Fili mi. Acubisti, ut Leo requiescens, quis suscitabit eum?* Ascendit ut Leo ad prædam in eruce. Recubuit ut Leo in sepulchro & pulvere. Sepitum suscitavit suâ virtute in resurrectione; Regiamque suam potestatem manifestè ostendit instar Leonis. *Facies itaque Leonis* quaquaversum in ipso apparuit, quæ & necessaria est Prælati ac Pastoribus, qui constantè & magnanimitè seferre debent rugiendo contra vitia, & rugitu suo terrendo adversarias potestates, ac omne quod contra Deum extollitur. Hinc etiam in figura eorum, 3. Reg. 10. duodecim Leunculi efformati sunt sustentantes Thronum Salomonis, & sex hinc, sex inde apposti. Qui quidem typum gerebant Apostolorum, qui Ecclesiam, Christi Regis pacifici Thronum, debebant sua fortitudine sustentare, & rugitu suo totum orbem implere: simul etiam typus hic erat Apostolicorum omnium Virorum, Prælatorum & Pastorum, qui tamquam Successores Apostolorum debent Ecclesiæ thronum sustinere & tutari, tamquam Leunculi post Leones. Atque ad nullius occursum debent pavere, quando agitur de Dei gloria & honore.

Apoc. 5.

Gen. 49.

S. Carolus fuit Leo, &c.

Prov. 28.

Talis profecò fuit Leo S. Carolus, magnanimitate & constantiâ admirabili decertans pro Ecclesiastica disciplina tutela, & jurisdictionis suæ auctoritate mantinenda. Norum est quantas sustinuerit contradictiones, imperus, persecutiones, cum stabilire veller reformationem morum, tum in populo, tum in clero, tum etiam in claustris; sed nihil expavit, semper vigilans, semper constans, semper magnanimus, nullius occursum, nullis obstaculis, nullis difficultatibus perterritus, ut suo satisfacere muneris & Pastoralis obligationi. Scriptum est. *Iustus quasi Leo confidens absque terrore erit.* Hoc cerè de ipso verum est. Magnanimitas Leonis in corde consistit & capite. Totum ejus robur in corde erat, hoc est in amore Dei & zelo gloriæ ejus: erat & in capite, in recta intentione, Sciebat enim se non intendere in hac omni reformatione nisi Deum & ejus honorem, & ideo confidens in bona conscientia zelo zelabatur pro Domino Deo exercituum in-

star Eliæ; & flammantibus oculis flammâ charitatis omnia peragebat instar Leonis. Omnia quoque adversa temnebat, ita ut verum fuerit de ipso: *Si fractus illabatur Orbis, impavidum ferient ruinae.* Nec Senatus auctoritas, nec Primatum potestas, nec dissolutorum Ecclesiasticorum violentæ oppositiones, nec Religiosorum dictoria contumeliosa, nec Apostatarum insidias & impetus, ei animos infringere potuerunt, quominus reformationem corde conceptam ad effectum perduceret & vitia abusque gravissimos, in plebe, & clero, in Religione extirparet. Irrugit velut Leo contra improbos mores, & evicit. Quot edicta contra concubinaros & adulteros, contra improbos & perversos Sacerdotes, contra difformatos Religiosos, contra Bacchanalia & bacchantes Christianos edidit, tot fuere rugitus Leonis, quibus tandem sic eos concussit, ut ad mentem redire coegerit, & ad meliorem frugem reduceret.

Homo ab humo dicitur, & ab humanitate & humilitate laudem debet sibi conquirere, ut *minus, be-* homo sit. Si ab hac duplici virtute commendetur, dici poterit more Scripturæ, *Homo, Homo*, sive verè *humilitas*. Homo. Quod explicans Origines hom. 1. in Ezechielem sic dixerit: *Estote homines homines, quid non omnes homines sunt homines. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, iste non est homo homo, sed homo jumentum.* Sic S. Iohannes dicit: *Generatio viperarum quis ostendit vobis fugere ab ira ventura? Talis non est homo homo, sed serpens homo.* Quid putas cause esse, quòd ad Ezechielem Prophetam loquens Deus, *Ezechiel tam sæpè repetit, singulis ferè periodis, Fili hominis?* Id quidem omnibus Prophetis dici potuit, maxime autem & frequentissimè huic dictum Prophetæ, & ioculcatum legimus, Vel quia Deum vidisset in specie Hominis Curru insidentem Cherubico, velut solio, indeque approvisset Filium Dei pro nobis incarnandum, foreque *Filium hominis*, ita ut inde magna dulcedine & devotione ac desiderio erga incarnationem Verbi affectus fuerit, ardens amator effectus illius qui *Filius hominis* erat futurus. Vel cerè *Filius Hominis*, ad nostrum propositum propius & proprius, inde dictus est, quasi ei diceretur: *Et si inter Cherubinos verseris, sublimique visione te dignetur Dominus simul cum prophetica dignitate, te semper tamen Filium hominis memineris; & Faciem hominis gerere memento per benignitatem & humilitatem, ut Filio hominis similis efficiaris, non te extollens supra homines, sed hominibus condescendens, ut illis auxilio fias per eas virtutes quæ decet hominem, & alliciunt homines. Memento, illius dicti: *Homo sum, & humani nihil à me alienum puto.* Hæc reverà omnes concernunt homines, sed præsertim homines in dignitate & auctoritate constitutos, Prælatos & Pastores, quibus*

Eccl. 32.

per Sapientem dicitur: Rectorem te posuerunt? noli extolli, sed esto quasi unus ex illis, curam illorum habe, & sic confide, & omni cura tua explicita recumbes, ut letetis propter illos, & ornamentum gratia accipias coronam, & dignationem confuquaris coronationis. Humilitas in honore, honor est ipsius honoris, & humilitas sine honore ipsa sibi sufficit ad honorem; ideo omnibus illa commendatur. Ideo etiam Dominus dixit Apostolis suis, in ipsis Pastores omnes & Prælatos erudiens: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Hæc est Facies hominis.

Matth. 11.

S. Carolus verè faciem hominis gessit, Osee. 11.

Quis verò magis Faciem hominis gessisse visus est, quam S. Carolus? Quid eo humilior, quid benignior? quid humanior? Noverat illud à Deo dictum per Prophetam: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis; sive in funiculis Adam & vinculis quibus trahi solent homines, adducam eos in viam virtutis & veritatis.* Beneficentia scilicet & benignitate, humanitate & humilitate trahi homines solent, verè homines. Sic & eos ipse traheret, non ad se, sed ad Deum. Nihil eo humilior in tam excelso dignitatis vertice, nihil mansuetior & humanior in suscipiendis poenitentibus, in admonendis errantibus, in exhortandis infirmioribus. Intelligebat probè illud Sapientis: *Fructus iusti, lignum vitæ; & qui suscipit animas, sapiens est.* Quid est Fructus iusti, lignum vitæ? Idem est ac si dicas: Fructus iusti est instar fructus arboris vitæ. Sicut enim illa sita in medio Paradisi suaves & gratos proferebat fructus, quorum copia & suavitate optabat ad se invitare & allicere homines, ut illis vitam daret longævam & immortalitatem: ita sapiens & iustus omnibus sese per benignitatem exponens, verbo vitæ & exemplo fructus avertit producere, quibus vitam omnibus & immortalitatem conciliat, suavitatem que sua omnes alliciat & invitat, quantum in se est, ut omnibus æternitatem vitæ offerat. Quid est etiam illud: *Qui suscipit animas sapiens est?* Idem sanè ac si dixeris: Quid animas ad se alliciat, & ad Deum, eas benignè erudiendo, & ad semitam veritatis & æternitatis ducendo, non solum sibi sapit, sed & aliis, Deique sapientiam participat & imitatur. Hoc attendant Pastores & Prælati, & animas peccatis oneratas, ærumnis afflictas, ignorantia detentas, infirmitate delinquentes, angoribus & scrupulis implicatas, suscipiant, sustentent, consolentur, corroborent, deducant, illuminent.

Prov. 11.

S. Carolus S. Ambrosii imitator

Hoc prædicabat S. Carolus exemplo S. Ambrosii Præceptoris sui, cuius exemplum & doctrinam semper præ oculis habebat. Ille gesserat Faciem Leonis, etiam contra Imperatorem; nec tamen oblitus unquam fuit Faciem hominis, ubi agebatur de poenitentia. Vnde & suscepit eum benignissimis his verbis, cum Davidem etiam peccasse rememoraret Imperator Theodosius post eadem Theflalonicensem: *Qui secutus es errantem, se-*

quere poenitentem. Ac generaliter de eo litteris & posteritati commendatum sic reliquit Paulinus in ejus vita: *Facillimi ad eum aditus etiam infirmis: palam cum alloquentibus, omnibus Vir sanctus propitius erat, nullus ingredi à ianitoribus vetabatur: omnes ad se venientes benignè excipere, uniuscuiusque audire negotia, commodis omnium infervere singulorum levare molestias, & perferre miseras & infirmitates consuevit. An non hic Facies hominis? Audi ulterius. Quoties cumque illi aliquis ad promerendam poenitentiam lapsus suos confitebatur, ita affiebat, ut commiseratione, ut stens aliena sicut sua peccata, ad seipsum poenitentem etiam commoveret. & causas criminum quasi illi confitebantur, nulli nisi Domino, apud quem intercedebat, loquebatur. Hæc Paulinus.*

Imitatus est hac in re illum, si non & superavit, S. Carolus, compassione affectus supra quam dici potest, erga ægros & infirmos, erga pauperes & egenos, erga poenitentes auxilio egentes; ut ostenderet se Faciem gerere hominis, cuius est compati hominum miseris. Quid non egit humana & lacrymosa ex compassione tempore pestilentie Mediolanensis? Manus proprias gravissimo cum periculo eis qui infecti erant, admovit, vel baptizando infantes, vel confirmando adolescentes, vel unguendo morientes. Os & aures accommodavit, poenitentes audiendo & admonendo, Eucharistiaque Sacramentum administrando, & omnes Sacerdotes ad ipsum peragendum exhortando. O Hominem plusquam hominem, vitam suam pro hominibus liberè exponendo! Sed qui animam pro ovibus ponere paratus erat, prius pro illis substantiam omnem exposuit humana plusquam compassione. Etenim & domus propriæ omnia necessaria mobilia & utensilia usque vestes, & libros, & lectulum distinxit & divididit, ut omnium necessitati consuleret; nec ultra lectulo uti voluit, asseribus nudis vel palea sola intratis incumbens. An non tibi conspicua est ex his omnibus Facies hominis, ob miseriam hominum egenorum mirè se commoventis, lacrymantis ex compassione iogemiscantis, ac velut cum illis immorientis? En speculum veri & perfecti hominis, veræ & perfectæ humanitatis, ac benignitatis penè dixerim à Filiis hominum inimitabilis, qui ita esse solent duri cordis, ut sufficiat eis bibere vinum in phialis, & comedere Agnum gregis, interim nihil compatiuntur super contritione Ioseph, obliviscuntur Fratrum, & fraternæ necessitatis.

Aquila Symbolum est, sacris in Codicibus, Virorum sublimium, & ad cælestia mensis alas elevantium. Altissimè enim volatur inquit Aquila, & in complecti Solis radios figit irretortam oculorum suorum; sicque docet pullos volare, humeris eos suis in sublimitate portans, & ungue eos suspendens in Solem & radios ejus dirigit eorum oculos. Quod si quis scie palpaverit, ab ungue dimittitur, & quasi adultèrius abicitur. Aquila quoque in arduis nidu collocat, ut pullos suos pro seipsum in incurfu bellarum, vel

Deut. 32.

vel aliarum avium rapacium. Huc faciunt Scripturæ nonnullæ. Audi Moysen: *Sicut Aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumptis atque paravit in humeris suis.* Hoc de Deo dicit, populum suum per deserti ardua ducente; atque Cælum intueri docente, simulque protegente ab omnibus adversis. Quod etiam illis convenit qui alios adhuc incredulos vel imbelles docent, corroborant ad virtutem, & perfectionem scilicet ad eandem elewant, ac in Solem veritatis & gratiæ intuitum figere persuadent. Audi etiam quod apud Job. 39. scriptum est: *Numquid ad præceptum tuum elevarit aquila, & ponet in arduis nidum suum? Quem locum explicans, S. Gregorius sic ait: Vt videre Aquilam in arduis nidum struentem? Attende Paulum dicentem. Nostra autem conversatio in Cælesti est. In arduis habet nidum qui in supernis figit consilium. Non vult mentem in ima deicere, non vult per abjectionem conversationis humane in infimis habitare. In caelestibus se dicit concedere cum Christo, cum forte in carcere tenebatur; sed ibi erat ubi ardentem jam mentem fixerat, non illic ubi eam adhuc caro pigra retinebat.* Hæc S. Gregorius 31. mor. c. 34. Dicitque hoc esse signum divinæ prædestinationis & electionis, quando sciant homines præsentis vitæ iter carpere, ut per spei certitudinem noverint jam se ad alta pervenisse; quatenus cuncta quæ præterflant; sub se videant, atque omne quod in hoc mundo eminet, a morte æternitatis calcant.

Isaia 58.

Quid sit
vobis sper
altitudi
nes terra.

Huc quoque refert idem S. Gregorius, quod per Prophetam Isaïam dicit Dominus animæ se sequenti: *Sustulisti te super altitudines terræ. Quædam inferiora terræ sunt, damna concumeliæ, egestas, abjectio, quæ ipsi quoque amatores sæculi dum per latæ viæ planitiem ambulant, calcare non cessant. Altitudines autem terræ sunt lucra rerum, abundantia divitiarum, sublimitas honorum, quæ quisquis per ima adhuc desideria incedit, eò ipso alta æstimat quod magna putat. At si semel cor in caelestibus figuratur, mox quam abjecta sine cernitur quæ alta videbantur. Nam sicut qui in montem ascendit, eò paulisper cætera subjacentia despiciit, quod ad altiora gressum amplius tendit: ita qui in summis intentionem figuratur, dum vitæ præsentis illo annu suam esse gloriam deprehendit, super terræ altitudines elevatur. Et quod prius in imis desideris super se credidit, post ascendendo proficiens, sibi subesse cognoscit.*

Isaia 40.

Huc denique referri potest illud alterum Isaïæ: *Qui sperant in Domino, assumunt pennas ut Aquilæ, ut scilicet in sublimia volent, & non immorentur muscis caprandis, rebus vilibus & terrenis; quia ad excellentiora nati & vocati sunt. Attende autem quod tria dicit Propheta ibi de his qui sperant in Domino, quasi notans animalia curus nostri mystici. Dicit enim primò, quod assumunt pennas ut Aquilæ, Secundo, quod current & non laborabunt,*

instar scilicet Bovis fortis & velocis. Tertio, quod ambulabunt, & non deficient, instar scilicet Hominis & Leonis rectè incedentis, & benè gradientis. Hinc & de animalibus nostris mysticis dicitur: *Numquodque ante faciem suam gradiebatur, nec reveriebatur cum ambularent; ubi erat impetus spiritus illuc gradiebatur.* Quibus omnibus significabatur, quod Pastores & Antistites semper debent progredi, & ad perfectionem tendere cum fervore, impetu, & ductu spiritus.

Denique meminisse hic oportet Aquilæ illius admirabilis volantis per medium cælum voce magna clamantis: *Væ, Væ, Væ, habitantibus in terra.* An non & hæc Aquila Pastores & Concionatores designat, quorum munus est terrenis & mundanis hominibus minas divinas intentare, si pergant affectu affixi esse terræ, nec tam illius se advenas & accolæ meminerint, quam habitatores & possessores? Vtique triplex Væ ab illis nunciandum est his qui concupiscentiam carnis sequuntur, concupiscentiam oculorum, superbiam vitæ; ab ipsis, inquam, tamquam Aquilæ volantibus per medium cælum ob conversationem caelestem; sic enim *Faciem Aquilæ* induunt.

Cæterum quod S. Carolo *Facies Aquilæ* competit, exinde facile patet, quod eius vitæ cursus non fuerit nisi rerum caelestium contemplatio, & Solis divini fixus intuitus. Conemptis terrenis volabat ad caelestia, & non nisi ob necessitatem, ut alites solent, descendebat ad terrena. In arduis ponebat nidum suum, securitatem sibi & requiem conquirens ab incurstantibus malis hujus sæculi in excelsis locis cæli sciebat & illud: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis;* ideo levabat oculos in Montes unde veniebat lux & auxilium sibi. Docebat quoque pullos suos illuc evolare, illic nidificare, illuc respectare, excelsis que affuere. Infirmiores portabat humeris suis, ostendebat eis radios Solis, dividebat escam verbi Dei & vivificæ carnis ac sanguinis. Etenim, teste lob, *Pullus Aquilæ lambunt sanguinem;* generalitatem induunt Filii Ecclesiæ participatione carnis & sanguinis Christi. Hunc adeo sollicitè & diligenter eis ministrabat, ut quandoque a matutino tempore ad secundam post meridiem horam ministerio Sacramentorum indefessè sese occuparet, & sæpius per diem precibus in publicis verbum Dei in escam præberet. Filii quoque speciales Aquilæ hujus fuere ejus domestici Sacerdotes, quos ad excelsa ducebat & docebat; ita ut multi eorum in statu perfectionis provecti, ad Episcopatus & alias dignitates Ecclesiasticas, ac ad Apostolicas legationes destinati fuerint, imò ad summum Pontificatum electi; nam Gregorius 13. in ejus familia & doctrina primitus fuerat institutus. Denique odorans sibi finem vitæ advenire, tamquam Aquila in Montem Varallum evolavit, ut ibi nidum constructeret in arduis, in vulneribus Domini Iesu, per specialem contemplationem Passionis ejus.

bbb 3

Voluit

Apor. 8.

Facies Aquilæ cur competit S. Carolo Bor.

Psal. 78.

Psal. 120.

Voloit quoque ex illo Monte sese mergere in Fontem, ut instar Aquilae renovaret juventutem suam, sive fervorem, in Fontem scilicet Sanguinis Christi Iesu, qui renovare potens est animae juvenisam & splendorem. Ibi per plures dies sex continuas horis per meditationem in Christum iustitiae Solem figebat oculos mentis, sine ullo fulcro, cui meditationi ultimo die octo continuas horas impendit. En Facies Aquila volans.

Quod si veteres in tumultu illustrium & sapientum Virorum Aquilam evolantem pingebant, quod in tumultu Platonis factum ferunt; multo majori ratione ipsius tumulto eam apposuerimus: quia anima ejus tribus horis in agone respiciens imaginem Iesu crucifixi, postmodum evolavit cum securitate ad Solis divini contemplationem perennem in Montibus aeternis. Dicamus ergo de eo potius quam de Aristotele apud Alciatum in Emblematicis.

*Quae te causa movet volucris Saturnia, magni
Et tumulo insidias ardua Pontificis?
Hoc monco, quantum inter aves ego robore praesto,
Carolus hic alios sic etiam superat.*

De lubileo
solenni Sa-
cerdotum,
vel Reli-
giosorum,
vel Conju-
gatorum,
in anno
quingua-
gesimo.

*Insidiant timide timidorum balsa Colombe,
Nos Aquila inreptis signa benigna damus.*

LECTIO IX.

Thema. *Beatus populus qui scit jubilationem: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, &c.* Psalm. 38.

Origo In-
bilis.

Non est novum in Ecclesia Dei, jubileum celebrari ab illis qui in aliquo statu, vel Sacerdotii, vel Religiosis, vel Matrimoni laudabilem duxerint vitam per annos quinquaginta. Hic quidem jubileus originem suam primam habet ex testamento veteri; ubi cum gaudio jubetur celebrari annus quinquagesimus, resonantibus tubis, in signum publicae laetitiae: quia tunc laboriosa agriculturae opera intermittebantur: distracta praedia & alieni juris effecta recuperabantur: servi libertate donabantur: exules patriam reperebant: incarcerati vinculis exolvebantur, & debita remittebantur. An non igitur annus iste cum jubilatione & exultatione merito celebratur.

Ad imitationem hujusce antiqui jubilei in anno quinquagesimo etiam in Ecclesia nova seniorum jubileus in anno quinquagesimo est introductus. In illo autem solemniter in templum adducitur cum jubilo & exultatione, floribus corum vertex coronatur baculi floridis adornati fertis ad seniles artus sustentandos eis traduntur, multisque benedictionibus cumulantur per sacras caeremonias tunc adhiberi solitas. Hinc illa Oratio super eos: *Omnipotens sempiterna Deus, qui Legislatorem tuum annum quinquagesimum mystice jubileum nominare ve-*

luisi, eodemque anno cum tibi acceptissimo onera ac debita relaxari, ac ser vitute oppressos libertate donari iussisti, tribue quaesumus his gratiam anni jubilei, hoc est remissionem omnium delictorum, ac culpae relaxationem: toto corde poscentibus da pia devotionis effectum, ut a peccatis omnibus exuti, ac primaeve libertati ac innocentiae restituti in mandatorum tuorum observantia indefessi perseverent, Gratia tuae munere de virtute in virtutem, de fortitudine in fortitudinem ambulent: tandemq; emenso hujus vitae curriculo, caelestis gloriae jubilationem in domo illa non manufacta perennem consequantur mansionem; per illum qui dixit: In domo Patris mei mansiones multae sunt.

A tempore S. Remigii, qui ante annos non gentos vixit, hoc nomen haecque solennitas lubilei initium duxisse videtur. Hic primus, *lubileus*, sive *lubilarius*, legitur fuisse nominatus, quia septuaginta & amplius annis non solum Sacerdos, sed & Episcopus Rhemensis fuerat. Ita Ioannes Molanus in Natalibus SS. Belgii, 13. Ianuarii.

Variae itaque rationes afferri possunt, cur publica cum solennitate Lubilaeus Seniorum institutus fuerit.

Primo instituitur in recognitionem specialem Lubilaei Dei tanquam Auctoris vitae nostrae, a quo omnes illius aetates, ab infantia & pueritia usque ad senectutem cursum suum peragit, & a Deo dirigitur per varias aetates, per varias rerum vicissitudines, per varia pericula, tum corporalia, tum spiritualia, ut pertingat ad sortem suam, ad partem felicitatis aeternae, sive ad partem sortis Sanctorum in lumine. Gratias ergo agunt, non solum privatim, sed & publica solennitate, qui ad aetatem extremam prosperè pertigerunt; gratias, inquam, pro hac divina directione, custodia, protectione, variisque auxiliis: & agnoscunt *Procedorem & Defensorem vitae suae*, a quo omnis illuminatio, omnisque salus: *cuique idem dicunt quod Rex & Propheta: In te Domine speravi, non confundar in aeternum; in manibus tuis sortes meae, sive (ut alia Lectio habet) in manibus tuis tempora mea; illustra faciem tuam super servum tuum.*

Secundo instituitur in specialem gratiarum actionem, non solum ab illis qui in Sacerdotio vel Religiosis statu vitam exegerunt piam & felicem, sed etiam ab iis qui in conjugio agunt; in gratiarum, inquam, actionem quod per benedictionem matrimonialem, ab auctore conjugii provenientem, ad talem aetatem pertingere licuerit, vivendo pie erga Deum, iuste erga proximum, castè & pacifice erga seipsum in domestica gubernatione; denique fructuose erga liberos educando eos in timore Dei. Haec est benedictio pro qua

merito gratia specialis arguntur à conjugatis; quã & illis imprecantur Sacerdotes matrimonio assistentes in benedictione annuli conjugalis, ubi sic habetur: *Benedic, Domine, hunc annulum quem in nomine tuo benedicimus, ut qui cumq; eum portaverit, in tua pace consistat, & in tua voluntate permaneat, & in tuo amore vivat, crescat, & senescat, & multiplicetur in longitudinem dierum.* Attende singula verba, nec enim energica carent significatione & sanctificatione. Et rursus in benedictione conjugum sic apprecatur Sacerdos: *Respice, Domine, super hanc famulam, que maritali iuncta consortio tua se expetit protectione muniri: sit in ea iugis dilectionis & pacis, & que fidelis & casta in Christo nupti, imitatrix permaneat sanctarum feminarum, sit amabilis ut Rachel viro, sapiens ut Rebecca, longeva & fidelis ut Sara.* Certè non est exigua benedictio in conjugio, castè, fideliter, pacifice, cum longævitate vivisse. Quapropter dicebat Dominus per Sapientem: *In tribus beneplacitum est spiritui meo. Concordia fratrum. Amor proximorum, Vir & Mulier bene consentientes.* Ergo iure merito de hac re publicè gratiarum actiones instituuntur. Atque eò majori obligatione Seniores Religiosi, & jubilantes Sacerdotes, debent gratiarum actiones solennes Deo reddere, quò in perfectiori statu auxiliis divinis, iisque majoribus, sunt gavisi tanto temporis decursu & revolutione.

Refp. 3. Tertio, ideo institutus est jubilæus, ut à Senioribus offeratur speciatim ultima ætas Deo, quam ætatem Deo feliciter ad Æternitatem perducatur. Atque huiusmodi speciatim felicis directionis & preventionis monentur fiduciam concipere ex promisso Domini. *Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israël, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulva. Usque ad senectam ego ipse, & usq; ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & salvabo.* Quid benignius dici potest à Domino? quidque acceptius esse potest homini Christiano? Hic de domo Iacob est, quia adhuc lucens est cum variâ humanæ mentis infirmitate, & cum ætatis defectibilitate: & de domo Israël esse cupit, per Deum in hac vita contemplationem, & postmodum per æternam ejus visionem. Sapienter igitur, & pienter, illi qui ad senectam pertigere, illam Deo commendant; ut qui eis Pater & Mater decursu fuit huius temporis, fiat quoque Pater ac Mater post statum Æternitatis; quandoquidem & hunc titulum assumat, PATER FUTURI SÆCULI, quod quidam vertunt, PATER ÆTERNITATIS. Merito efflagitant, ut qui se eos in utero & vulva specialis providentiæ gestare proclamant ad canos usq; eos non negligat in canitie, sed perfecte tandem pariat beatæ & perpetuæ luci. Hic & illud repetunt ex corde cum Rege & Propheta. *Psal. 70. Ne projicias me in tempore senectutis, & cum defecerit virtus mea, ne de relinquis me.* Optant nimirum totis animi votis in se compleri illud quod dictum fuit Abrahamæ, *Tu vis ad Patres tuos in pace, sepultus in*

senectute bona. Ideoque plerique aspirantes ad illam pacem & transitum, curam magnam in senectâ sua habent jubilæi interioris bonæ conscientie; & se se præparant per accuratam confessionem totius vitæ suæ. Hic est enim optimus jubilæus, quem celebrare possunt durante adhuc senectutis tempore. Hic est celeberrimus jubilæus, & maximè optabilis. *Gaudium bonæ conscientie, sive, ut loquitur Apostolus, Gaudium & pax in Spiritu sancto.* Denique hæc est jubilatio de qua scriptum est per Psalmistam: *Beatus populus qui scit jubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, quoniam gloria virtutis eorum tuæ.*

Quarto, ideo publica solennitas jubilæi instituta est (ad quam concurrunt *juvenes & virgines, ut consistens senes cum junioribus, laudantes nomen Domini*) ut quantum scilicet omnibus significetur per hanc solennitatem honor seniorum, quantum honor deferendus sit Senibus, qualisque *bus deferentia* debeatur senectuti. Nempè hos semper reverendos docuit Deus, ita ut in lege antiqua scriptum sit: *Honora personam Senis, & coram cano capite conserge, & time Dominum.* Quasi dicitur: *Levit. 19.* Propter timorem Domini Senes sunt honorandi: jubet enim eos Dominus honorari, tum quia sunt instar Parentum, tum quia ipsum Deum tamquam omnium Parentem repræsentant, tum deniq; quia in illis præter eminentiam ætatis etiam reperitur eminentia experientiæ & prudentiæ ad bonum consilium suggerendum, & ad regendum. Hinc olim *Senatus* dictus est à Senibus, quod ex Senibus constaret. Suo certè exemplo factis docuit Roboam Filius Salomonis, quam sibi & Republicæ perniciosum foret Seniorum neglexisse consilium & ad juniores transivisse nimiam levitatem, & parum maturè eorum consilio subscripsisse: sic enim factum est, ut decem partibus Regni florentissimi destitueretur; descendentibus ab eo decem tribubus. Quod si etiam quandoque in Senibus ætas suos habere defectus & infirmitates, tam animi, quam corporis conspiciatur, absit ut propterea contemnantur, quod quandoque à juvenibus dissolutis & insolentibus fieri videmus. Attendant ipsi illud monitum Ecclesiastici: *Ne sperna hominem in senectute sua, ex nobis senescunt.* Itaque fortitudine sua elati senilem infirmitatem haud irrideant, quia eandem expectare debent defectibus obnoxiam, atque sicut illi senescunt; facietque Deus ut si honorem impenderint Majoribus, ille ipsis rependatur cum senuerint, si verò neglexerint, pœna rationis à Deo plecentur, ut à junioribus quasi deliri contemnantur, cum ad senium pertigerint.

Cæterum, sicut hac solennitate monentur juniores honorem Senibus deferre & observantiam: nerint sententia ex adverso monentur Senes irreprehensibiles nec se juvenum exemplum eis exhibere, ut sint velut Speculorum exemplum pietatis & morum, in quod ipsi oculos intendunt conspiciant. Attendant verba Eleazari eo: *vita sanctæ gitanis senectutis suæ eminentiam & canitatem exhibere.*

Refp. 5. Cæterum, sicut hac solennitate monentur juniores honorem Senibus deferre & observantiam: nerint sententia ex adverso monentur Senes irreprehensibiles nec se juvenum exemplum pietatis & morum, in quod ipsi oculos intendunt conspiciant. Attendant verba Eleazari eo: *vita sanctæ gitanis senectutis suæ eminentiam & canitatem exhibere.*

fortique voce pronunciantis : Non est aetati nostra dignum fingere, ut multi adolescentes arbitantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vite decipiantur, & ita maculam & execrationem senectutis meae conquirant. Vox sane digna eximia aetatis viro. Poterat ipse suggerentibus amicis, alias edere carnes, & simulare se porcinam comedisse lege veteram; sed fingere noluit, ne exemplo pravo foret junioribus; & ne canos suos macula aspergeret, maluit vitam sapienter contemnere, & mortem fortiter obire.

Certe, si velint Senes aetatem suam & canitiem honorari, debent honorare & ipsi illam vitam integritate & maturitate. Etenim Senes honoramus & canos capillos, inquit S. Chryostomus, non quod colorem candidum nigro coloris praefereamus, sed quia hanc canitiem indicium esse vitae in virtute proventae judicamus. Consulio ergo est, si canities quidam ornentur extrinsecus, & animum juvenilem & lascivum, seu dissolutum, & ad vitam praetium intrinsecus habeant. Si enim quis eos vituperaverit juniorum, & ipsi canos suos in medium proferre velint tamquam reverendos, mox eis responde-

V. S. Chryf. hom. 7. in e. 4. ad He.

Ecl. 25.

ri poterit: Tu eos reverere primus. Canities tunc est honorabilis, quando ea gerit quae canitiem decet; quando vero juvenilibus conversatur Senex, & contraria senectuti gerit vitia deditus, reprehensionem obnoxius est; & risu se exponit. De tali scriptum est: Tres species ad vit animam mea, pauperem superbam, divitem mendacem, senem fatuum. Hi scilicet senes facti dicendi sunt, qui in illa aetate in qua pietati omnem debent operam navare, deserunt eos saeculi florida aetate, & quae ac juvenes dissolutam agunt vitam, ebrietati, iracundiae, rixae, juramenti, impuritatis dediti. Sic quia suae aetati non exhibent reverentiam, nec illos ipsi juvenes reverentur.

Ex his colligimus, non nisi inaniter, sive Praefbyteros in saeculo, sive Religiosos in Claustro numerare annos quibus ad Iubilariam aetatem non possint pertingere: quia parum est Sacerdotii aut Religiosis titulo fuisse diu insignitos, nisi & bonorum operum vocationi & professioni correspondentium fructus simul cum aetate offerre valeant. Iubilarius quispiam esse potest Sacerdotii & Ordinis observatione. De hac re sic Religiosos alloquitur Eusebius Emisensis, vel, ut alii volunt, Eucherius hom. 9. ad Monachos: Salemus annos nostros & temporum spatia quibus nunc vivimus supputare. Non te fallat, quicumque ille es, numerus dierum quos hic relicto corporaliter saeculo consumpsisti. Illum tantum diem vixisse te computa, in quo voluntates proprias abnegasti: in quo malis desideriis resististi, quem sine ulla regula transgressione duxisti. Illum diem vixisse te computa, quem non malitia, non invidia, non superbia commaculasti, non mendacii culpa aspergit. Illum diem vixisse te computa, qui puritati &

Non annis tantum sed & moribus Iubileum celebrare debemus.

sanctae meditationis habuit lucem non conversatis tenebrosa mutavit in noctem. Hac ille.

Haec omnia dicta de honore deferendo senioribus, si & ipsi suam honorem senectutem piis moribus, apta sententia confirmat Sapiens, Prov. 16. pronuncians: Corona dignitatis, Senectus quae in virtute justitiae reperitur. Quali diceret: Senectus est Seni quasi corona speciosa & magnifica, si tamen iuste & inculpate vivas, & non tam canis albescat, quam meritis. Quocirca duplex dici potest Corona Senum. Prima est Corona canities & Corona anno. Senum. Corona quidem canities, quia illa instar albescentis coronae ornat caput Senum; sic coronata dicuntur habere tempora, canis redimita: Etiam enim ipsa Senem, quasi defunctum laboribus & emeritum militem, canis coronat; estque canities velut populeum & floridum serium, ait Philo legat. ad Cajum. Corona etiam annorum cum canitie reperitur in Senes, quia quot enumerare potest annos quibus vixit, tot sunt flores quibus ornat; & coronatur: ita ut anni consentit ei velut quoddam diadema, dignitatis symbolum, & honoris; ut suam ipse agnoscat eminentiam, quam & juniores videntur, cedendo ei in sedendo, & in officis omnibus honorem deferendo. Vt ergo Lex coronam decernit quibusdam; ita Natura canos & annos venerabile dignitatis signum fecit. Altera Senum Corona est Corona meritorum, quam sibi contexerunt ex variis virtutibus. Parum enim est annis coronari, si non coronentur moribus & meritis. Audi S. Ambrosium 1. 3. Epist. 21. Verum senectus illa venerabilis, quae non canis, sed meritis albescit. Illa est reverenda canities, quae est canities animae, in sanctis cogitationibus & operibus effulgens. Quae est enim vero aetate senectus, nisi vita immaculata, quae non diebus ac noctibus, sed saecula propagatur, cujus sine fine est diuturnitas sine debilitate longae vitae?

Propter hanc utramque Coronam, tam annorum, quam meritorum, serium floridum vertici Iubiliorum imponitur cum hac adnotatione: Roseam hanc Coronam & serium floridum, velut interni decoru & futura remunerations symbolum, capiti vestro impono; ut memineritis vos virtutum floribus hic decemere ornandos, ut coronae gloriae & speciosum diadema regni de manu Dei accipere possitis. Ad dicitur & haec ad Deum de precatio in eandem significationem. Domine, qui ad perferendum in tua voluntate simulatum mirifica illa promissione nos excitare dignaris, quae dicitur: Iste fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitae; propitiare omnibus iniquitatibus horum qui annum quinquagesimum tuo manere in hoc statu expleverunt, redime de interitu animarum eorum, corona illos in misericordia & misericordibus, reple in bonis desiderium, & instar Aquilae renova juvenitatem illorum, sit eis senectus non vitae superioris naufragium; sed portus, & dignitas corona.

Pestem itaque dicendum est, ideo solenniter. Reliquum Iubilaei esse indicandum, ut moneatur Senes, pro more in postrema aetatis suae parte Deo singulariter curare,

nes se jam
eterna Co-
rona pra-
parare.

ApoC. 19.

care, illamq; Deo speciatim consecrare præparan-
do se & disponendo ad Iubilum æternum, & ad
Coronam immarcescibilis gloriæ adspirando. Hoc
enim intendunt omnes sacræ ceremoniæ tunc pu-
blice celebratæ: Sacro convivio Eucharistico eo-
die celebratæ pascuntur, ac postmodum etiam con-
vivium amicorum cum solemnitate instituitur,
quasi ad novas nuptias invitarentur, ac quasi eis di-
ceretur: *Beati qui ad cenam nuptiarum Agni vo-
cati sunt.* Ubique resonat lætitia & exultatio in
Psalm. Hymnis, Canticis, ut moneantur illius ju-
bilationis in qua cor & caro nostra exultabunt in
Deum vivum.

Hinc & illæ benedictiones eis postremò dantur:
*Benedicat vobis Deus Pater, qui vos creavit, & ab
omni malo culpa & pena, corporis & animæ, immu-
nes vos faciat perseverare amodo, & usq; in sæcula,
Amen. Benedicat vos Dei Filius Iesus Christus, qui
pretioso suo sanguine redemit, detque pacem peccato-
ris in presenti, & in futuro pacem æternitatis. A-
men. Converterat super vos vultum suum Spiritus
sanctus, & benedicit vobis qui vos sanctificavit, sa-
cri privilegio lubiles, & omni benedictione spiri-
tualis in celestibus, ut tandem inveniamini in con-
sortio illorum de quibus scriptum est: Beati qui ha-
bitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum*

laudabunt te. Amen. Ecce quam multiplex benedi-
ctio excitans animos ad laudem & jubilationem
æternam, ad quam sepulchro vicini seniores sese
debent præparare. Certè beati qui vocationi suæ
satisfecerunt, piè, sobriè, iuste vivendo in hoc sæ-
culo; ideoq; expectant beatam spem, & adventum
gloriæ magni Dei, Omnia desideria Sanctorum, ut
observat S. August. & alii Sancti Patres, ante incar-
nationem in Christum tendebant, tamquam in eum
qui venturus esset, *Desideratus cunctis gentibus.* Et *Aggai 2.*
Desiderium collium æternorum nominatus. At post
ejus incarnationem omnia desideria Sanctorum in
illum ipsum tendunt, qui advenire rursus debent,
ut perfecte dominetur in nobis, destructo regno
peccati & Satanae, & per victoriam suam penitus
absorpta morte. Qui ergo non desiderat Christi ad-
ventum, hic non est ejus: Qui verò desiderat, hic ei
proximat, & non potest esse exors coronæ quam
præparavit diligentibus se. Felix igitur est, & ni-
mium felix, quisquis in senectute & sine vitæ cy-
gnæam illam vocem cum júbilo edere potest, in-
star expirantis oloris: *Bonum certamen certavi, 2. Tim. 6.*
*cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo re-
posita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi ju-
stus Iudex; non solum autem mihi, sed iis qui diligunt
adventum ejus.*

OPUSCULUM II. SONVS EPVLANTIS IN VOCE CONFESSIONIS.

De conversione animæ peccatricis, sub schemate & historia Samaritanæ,
à Christo conversæ.

LECTIO I. TRIPARTITA.

Ita sus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem:
hora erat quasi sexta. Ioan. 4.

Pars I.
Declarat
mysterium
temporis,
& hora hic
designat.
Cant. 1.

Diebat olim Sponsa in Canticis:
indica mihi, quem diligit anima
mea, ubi pascas, ubi cubes in meri-
dies, ne vagari incipiam post greges
sodalium tuorum. Respiciebat ad
tempus adventus Filii Dei, qui tam-
quam Pastor bonus veniebat, ad oves dispersas re-
quireret, pasceret & tandem ad ovile Patris redu-
ceret. Ad hanc porro petitionem Sponsæ nonne vi-
detur respondere Sponsi Secretarius, S. Ioannes
dum hic dicit: *Ita sus fatigatus sedebat supra fontem
& hora erat quasi sexta.* Tu tibi tempus, scilicet *Me-
ridies*: tu locus, ubi pascis, ubi cubat in meride.
Non est necessarium Sponsam eum quærantem

ultra vagari, veniat ad hunc *Fontem Jacob*, & vide-
bit quomodo pascat, quomodo sedeat, quomodo
cubet, quomodo hic eam expectet. Veniat circa
meridiem, & cum inveniet. Omnia certè hic plena
sunt mysteriis, sive tempus consideres, sive locum,
sive sessionem & accubitum, sive pascendi modum.
Declaramus singula.

Primo quidem, non sine mysterio designatur tē-
pus, dum dicitur: *Hora erat quasi sexta.* Iudæi in
duodecim horas dividebant dies, & in totidem no-
ctes. Unde hora quasi sexta propè meridiem tunc
fuisse significat, horamque comedendi & pranden-
di designat. Quapropter eà horâ cibum invenit
Christus sibi gratum, quia licet ex se insipidus pri-
mum foret, & immundus, ac durus, aquâ tam en-
gratiæ suæ, & sapientiæ liquore, ac charitatis igne,
proè novit illum eluere, condire, coquere, & in
corpus suum trajicere, sive illum sibi incorporare.
Si laudatur Rebecca, optima illa mater, & subito
ccc hoc dum

Hora sexta
vult pran-
dere Iesus.
Gen. 27.